



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

Liber II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

LIBER SECUNDUS.
TITULUS I.

De iis qui Beneficia, conferre possunt;
& primo: De Romano Pontifice.

SUMMARI A.

- 1. Qui Beneficia conferre possunt.
- 2. Romanus Pontifex in sua Diocesi.
- 3. Que pertineant ad illam.
- 4. Non contulerunt olim extra illam.
- 5. Fecerunt postea.
- 6. Quo jure.
- 7. Que praxis Ecclesia veteris.
- 8. Nec illa juri Communi contraria.
- 9. An possit Papa conferre Beneficia majora, ut Episcopatus extra Diocesi.
- 10. Quando.
- 11. Ordinaverunt olim & Populus & Clerus.
- 12. Quid hodie.
- 13. Quis conferat Beneficia inferiora.
- 14. Que Pontificis circa illa potestas hodierna.
- 15. Que antiqua.
- 16. Unde ea potestas Pontificis.

Titulus
I
De Beneficiis
Ecclesiasticis



Dest Originem, Diffinitiones Divisionesque Beneficiorum Ecclesiasticorum explicatas, est consequens, ut de illis qui Beneficia conferre ac distribuere possunt, tractemus. Hoc jus sibi vendicant multi: Pontifex, Episcopi, Antistites, Sacerdotes: Imò & homines Proprii. De singulis videbimus. Et quidem primò de Romano Pontifice. Episcoporum primus, primamque Sedem occupat.

1 *Et in sua Diocesi Romana, ut alii Metropolitanus in suis, Item c. 2. epist. 18. cap. 1. beneficia conferre potest. Dicit Adrianus 1. epist. Si ubiq; Christianorum Ecclesia canonicè intactas possident Ecclesiarum suarum Dioceses, quanto amplius Sancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia, qua est caput omnium Ecclesiarum, suam Diocesim, videlicet Archiepiscoporum & Episcoporum & c. irrefragabili jure tenere & possidere omnibus debet.*

2 Ad Diocesim Romanam pertinet Italia tota cum Insulis adiacentibus. Et Ideo S. Leo epist. 4. mandat universis Siculorum Episcopis, ut ex insula sua ternos quotannis ad Synodum 3. Kalendis Octobris celebrandam de more mittant Romam.

3 Præcis temporibus extra dictam diocesim beneficia nulla conferunt Pontifices Romani. faciunt dist. 63. 64. 66. Reliquerunt Episcopis Ecclesiarum ipsis commissarum administrationem liberam.

4 Postea universalis Ecclesiæ gubernationem sibi arrogarunt. Unde dicitur: Pontificem Romanum habere plenam, liberam, nulli legum vinculis adstrictam beneficiorum omnium dispositionem: cui Episcopis omnibus, quotiescunque libuerit Ei, concurrere: eos omnino beneficium vacuum conferendo prævenire: posse antevertere, & cuncta per mundum. II. qu. 3. c. proposuit. de concess. prebend. c. ad honorem. de auth. & usu Pallii. c. 2. c. dudum. de prebend. in 6. Clem. 1. in pendens. Gloss. pragmat. tit. de election. in verb. reservation. Breve; non quasi Urbis Romæ ejusque Dioceseos tantum, sed totius Orbis Episcopum, beneficia in aliorum Diocesi & Patriarchatu sita recte conferre. Sed ut hæc intelligantur rectè, recurrendum ad Ecclesiæ constitutionem.

Corvi
De Pers
et Benefic. E

G

32

Sciendum ergo; & esse & fuisse ab initio Ecclesiam unam, & ab uno Petro. teste Optato Milevitano. lib. 2. contra Parmenian. Qui in distributione & Ecclesiarum divisione, Ecclesiam rexit in præcipuis Sedibus Romæ & Antiochia per seipsum, per Marcum Alexandriæ. D. Gregorius. lib. 6. epist. 37. ad Eulog. Episc. Alexandr. Dicit Hincmarus. epist. c. 55. cap. 16. Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis Sedes in auctoritate convaluit, que in tribus locis Unius est; Ipse enim sublimavit Sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est; Ipse decoravit Sedem in quam Evangelium Discipulum misit; Ipse firmavit Sedem, in qua septem annis, quamvis incessurus, sedit; Cum ergo Unius, atq; una sit Sedes, cui ex auctoritate decem tres nunc Episcopi præsentent, quicquid ego de vobis audio, hoc mihi impeto. Ita ut quodammodo ad Trinitatis instar fuerit una primum Ecclesia in tribus Sedibus, & per tres Antistites, ex Symmacho, epist. 1. ad Eutimium Arelatens. Episc. & Carolo Calvo Francor. Rege ad Adrian. 2. & Joannem 8. cap. 25. ad Trinitatis, ait, instar, cui una est atq; individua potestas, unum est per diversos Antistites Sacerdotium.

Quare Antiochena Sedes in Concilio Chalcedonensi art. 7. dicitur Thronus Petri, ab Innocentio I. epist. 8. ad Alexandrum Episcop. Antiochen. Sedes Primi Apostoli. Alexandrinum dicit Anacletus epist. 3. B. Petri nomine à Marco ejus Discipulo consecratam. D. Gregorius lib. 11. epist. 48. ad Eulogium Episcop. Alexandrin. Sedem suam vocat.

Deinde aliis Sedibus institutis, Petrus etiam instituit & consecravit unumquemque in eis: ut B. Jacobum in Hierosolymitana. Chrysostom. homil. 87. in S. Johan. Euseb. in Chronico & lib. 2. Histor. cap. 2. Dicit canon omnes. dist. 22. Omnes sive Patriarchii cujuslibet apices, sive Metropolitan, Primatus, aut Episcopatum Cathedras, vel Ecclesiarum cujuslibet Ordinis Dignitates, instituit Romana Ecclesia: Illam verè solus ille fundavit, & supra Petram fidei mox nascentis erexit, qui beato aterna vitæ largigero terreni simul & celestis Imperii jura commisit.

Quapropter à D. Cypriano libro de unitate Ecclesiæ appellatur mater & radix Ecclesiarum. Tertullianus lib. de præscript. contra Hæretic. dicit, Ecclesias quotidie, ut Ecclesiæ fiant, à Matrice Ecclesia mutuari fidem:

THUS
ONIS
Ecclesiæ
IV.

fidem: Nam sicut Ecclesia Metropolitana est mater aliarum sub se, in Romana mater etiam Metropolitanarum.

Tempore D. Petri, Patriarchæ unici, nullæ Ecclesiæ fuere Patriarchales. Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, institutio nem postea disciplinæ exegit conservatio. *D. Leo. in epist. ad Anas. Thessalon. Archiepiscop.*

Facta illa, ut & provinciarum & locorum, in quibus confirmantur Primates, divisio, per Clementem & Anacletum, D. Petri Successores. *can. provincia. dist. 99. can. urbes. dist. 80.* Dicit Optatus Milevitanus. *lib. 2. de Schismate Donatistar.* Cathedram primum Episcopalem fuisse collatam Romæ, & deinde cum Apostoli in aliis sedissent Civitatibus; hæc quoque primum factæ sunt Episcopales. Quas Tertullianus *d. lib. de præscript.* Ecclesias Matrices & Originales Fidei appellat.

Constitutis Patriarchis, & aliis Primatibus, Metropolitanis, & Episcopis, in Ecclesia, non amplius D. Petrus, ejusque Successores naturalios, fecerunt Ipsi. Dicit Nicolaus I. *ad Bulgarorum consulum.* 73. respondens: *A quo autem sit Patriarcha ordinandus interrogatus, idcirco scitote, quia in loco, in quo nunquam Patriarcha vel Archiepiscopus constitutus est, à Majori primitus est instituendus; Deinde vero accepta sententia, & Psallii usu, ordinat Ipse sibi Episcopos, qui Successorem suum valeant ordinare: &c. & paulò post: Hic est ordo servandus, ut videlicet à Sedis Apostolicæ Præsule sit nunc vobis Episcopus consecrandus, ut Christi plebs ipso præstante crescat, Archiepiscopatus privilegia pericipiat, & ita demum Episcopos sibi constituat, qui Ei decedenti Successorem.* &c.

7 Ethæc sanè fuit Ecclesiæ praxis & consuetudo, ut Patriarcha ipse in sua Dioecesi ordinaret, vel confirmaret electiones, aut Episcoporum tanquam Metropolitanus; vel Metropolitanorum tanquam Patriarcha; *vid. l. sancimus. ut nemo. 29. §. fin. Cod. de Episcop. auditibus.* vel ut Episcopi Provinciales in Provincia sub Metropolitanis confirmarent eligent Episcopum: *Concil. Nicen. can. 1.* Non absque consensu Metropolitanis. Nisi alia esset consuetudo. *can. 6.* Aut sibi primus Patriarcha ordinandi & instituendi jus reservasset. *Cedrenus in Zeno.*

Corvi
De Pers
et Benefic. E

G

32

Innocentius I. *epist.* 18. *cap.* 1. Patriarchæ Antiocheno hunc præscribit modum; ut eos qui longè à se absunt, per Episcopos Vicinos ordinari mandet. Loquitur sic: *Itaq. Frater Charissime, ut sicut Metropolitanos auctoritate ordinas singulari, sic & ceteros non sine permisso, conscientiaq. tua sinas Episcopos procreari: in quibus hunc modum rectè servabis, ut longè positos literis datis ordinari censeas ab his qui nunc eos suo ordinant arbitrari: Vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratia statuas pervenire: Videatur etiam Concilium Chalcedonense act. 14.*

Dicit S. Leo *epist.* 84. ad Anastasum Thessalonicens. *cap.* 6. id fieri ideo, ne gregibus Domini diu desit cura Pastorum.

Unde & Vicariorum vel Papæ vel aliorum Patriarcharum origo. Cum enim viderent se Ecclesiæ necessitatibus commode in Regionibus longinquis providere non posse, ibi ex Primatibus vel Metropolitanis constituerunt Vicarios; ut de Thessalonicensi Episcopo testatur S. Leo. *d. epist.* 84. de Arelateni S. Gregorius *epist.* 52. *lib.* 1. de Toletano Concilium Toletanum. 12. *cap.* 6. Ubi tamen vices suas dat Papa salvo Metropolitanorum privilegio.

Sunt ergo, post primas ordinationes factas à Christo & Petro, factæ aliæ, vel ab Ipsiis Patriarchis, vel ab Eorum Vicariis, vel à Metropolitanis, vel à Primatibus, vel saltè ex ab Eis confirmatæ: *vid. d. Innoc. I. in epist.* 18. *cap.* 1. Synes. *epist.* 76. & 77. Theodoret. *lib.* 1. *Historie. Eccles.* *cap.* 9. & *Histor. Tripartita. lib.* 2. *cap.* 12. Hincmar. *in opusc.* 55. *Capitul.* *cap.* 16. Concilium Africanum inquit *cap.* 22. loquens De Primatu Carthageniensis; *Fuit semper hæc licenti a huic Sedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusq. Ecclesia ordinaret Episcopum. Videatur d. l. sancimus. 29. §. fin. Cod. de Episc. aud.*

Nec dicta juri Communi sunt contraria. Quælibet enim Ecclesia sua habere potest privilegia, rationem habentia, & ratione nitentia; *teste Arnulpho Lexoviensi Episcopo epist. ad Papam Alexandrum. videantur S. Leo in epist. ad Viennenses. Bonifacius I. epist. 3. Adrianus I. scribens ad Tilpinum Remens. Archiepiscop. apud Flodoardum. lib. 2. cap. 17. Zacharius epist. ad Viennens. Archiepiscop. apud Baron. ad annum 417. num. 52. Dicit Nicæni Synodi l. can. 6. aperte; Antiqui mores servantur &c. S. Leo adversus Anatolium Patriarch. Constantinopolit. ait; Seriem annorum*

[H]

mus
otus
celesia
IV.

porum esse attendendam in iuribus Metropolitanorum & aliorum. *Adrianus I. epist. 3.* ait; *Ecclesias ubiq; Christianorum canonice institutas esse debere suas dioceses: Nicolaus I. epist. 1. ad Imperat.* non vult traditionem ab Apostolis institutam violari.

Quod autem dixerit *Siricius epist. 4. in Concilio Romano* dicitur extra conscientiam Apostolicæ Sedis, hoc est, Primatis, nemo ordinare audeat, est intelligendum Jure communi & ordinario, nisi alia sit consuetudo. Nam regulariter ejus est ordinare, cujus est judicare. *Gregorius I. epist. 3. Balsam. can. 12. Concil. Chalcedon.*

Unde in Legatorum, vel Vicariorum Papæ, literis inseri solet, *in vatis Metropolitanorum privilegus. Hormisdæ epist. 14. ad Turanum Episc. & epist. 26. ad Salust. Hispalens. Archiepisc. & epist. ad Remigium Remens. Archiepisc. Videantur & Niceni Concilii canon. 7. Chalcedon. art. 6. & 13. & 12.*

Cum ergo præcipuum Jus Electionum & Ordinationum Episcoporum ante Concilium Nicænum I. constiterit in praxi & consuetudine (Illud enim *can. 6.* hac præcipua nititur ratione; ut & omnia alia Concilia, & S. Patres: ut S. Epiphanius *heresi 68.*) ut decidenda quæstionem hanc; *Utrum Papa conferre possit Beneficia majora, vel Episcopatus, in aliena Diocesi:* Videndum est, qui fuerint antiqui inchoati Ordinationibus.

Scribit Eusebius *lib. 2. Ecclesiast. Histor. cap. 1. & lib. 3. cap. 10.* Petrum fratrem Domini, à Petro Johanne & Jacobo Apostolis Episcopum Hierosolymitanum ordinatum fuisse: Eo virâ defuncto, omnes Apostolos & Discipulos communicato consilio Simeonem elegerunt Episcopum. *vid. can. porro. dist. 66.* Quare vult *can. 4. d. Concilii Niceni.* Episcopum ab omnibus qui sunt in provincia constitui, vel liberum sit difficile à tribus: Sub autoritate, intelligite, Superioris.

Nam Ordinatio Jacobi facta fuit à Petro, & Simeonis etiam à Petro. Ideoque *in d. can. 4.* additur confirmatio fieri à Metropolitanis: *et repetitur in can. 6.* Et confirmat fusc S. Leo *epist. 84. ad Anastas. Theopalonicens. cap. 6.* Multo magis à Pontifice Summo; ut in eadem epistola dicit Idem S. Leo. *Confirmatur can. ordinationes. dist. 64.* Et Novus

Corvi
De Pers
et Benefic. E

G

32

Theod. & Valent. tit. de ordinat. Episcop. 24. prohibentur fieri Ordinationes Romano Pontifice inconsulto.

Dicendum tamen, cum Datis tract. de Benefic. sect. 9. cap. 1. primam quidem Ecclesiarum Institutionem fuisse à D. Petro; Deinde Episc. Successoribus: sed cum Jus Religionum, utpote Juris Gentium, sequatur rationem, eaque (puta ne propter defectum Pastorum gregem Dominicam invaderet lupus c. ne pro defect. 41. de elect.) Cum Papa Episcopatus remotiores commodè conferre non posset, suaserit ut Provinciarum Episcopi vel Metropolitanus ordinaverint in iis Episcopos, usque & consuetudo confirmaverit, intelligendum esse Papam vel amisisse, jus eligendi & ordinandi, vel cessisse. juxta sentent. Nicolai I. in supra cit. respons. ad consilia Bulgarorum cap. 78. Illaque illud prescripisse. Nisi in omni casu jus sibi retinuerit. Datis d. loco.

Retiner etiam adhuc illud, quando Provinciales Episcopi in ordinando sunt negligentes: sed pro illa vice tantum. c. bona memoria. 23. de elect. Devolvitur enim primo ad Archiepiscopum c. ne pro defectu. 41. eod. idque intra menses sex. Episcopatus enim ultra tres menses vacare non possunt. d. c. ne pro defectu. can. postquam. dist. 50. can. obeuntibus. dist. 63.

Facta etiam, sive ex concessione, sive ex consuetudine, sive ratione illa fiadente, Episcoporum Electiones & Ordinationes à Populo & Clero, & confirmata à Superiori. can. nulla. 1. dist. 62. can. plebs. 11. can. Episcopos. 13. cum seq. dist. 63. S. Leo epist. 89. ad Episcop. Viennens. Celestin. epist. ad eosd. cap. 5. Theodoret. lib. 1. Histor. cap. 9. & Histor. Tripart. lib. 2. cap. 12. In Concilio Aurelianensi II. can. 7. & Aurelianensi III. can. 3. & can. Metropolitanano. 19. d. dist. 63. dicitur eandem in electione Metropolitanus fuisse servatam formam. Imò & quondam in electione Papae. teste D. Cypriano lib. 4. epist. 2.

Hodie removenur Laici: & obtinet, ut confirmatio Episcopo-
rum sit Pontificis Romani, aut ut ejus fiat auctoritate. can. ordinationes. dist. 64. Et haec de Episcopatu & aliis majoribus Beneficiis.

Cetera inferiora Beneficia non Romanus Pontifex, sed Episcopus proprius cum consensu Civium confert. tot. dist. 67. De quo in sequentibus latius.

Potest tamen Pontifex ut supra diximus, omnia beneficia confer-

mus
otus
celesia
IV.

re, & cum omnibus Episcopis concurrere, quoties ei liberit, eosque in beneficiorum vacantium collationibus praevenire. *c. 1. ut lite pend. hiliinor. in Clem. & c. 2. de prabend. in 6.*

15 Imò invaluerat olim, ut beneficia nondum vacantia, mandante eorum contingeret vacatio, certis personis conferri. Quomodo Ipse solus vacaturis jus tribuere poterat. *d. c. 2. de prabend. in 6.* Dicebatur ficticia Collatio per literas expectativas. Sed eorum usus primus quidem in Concilio Basileensi. *§. placuit. tit. de Collation. Pragmat. Sanct.* Deinde à Leone X. *in tit. de reservat. in Concord. sublat.* Sed de ea videndum infra tit. speciali.

Moris etiam fuit ut Pontifex collationi reservaret sua quaedam Beneficia, qua Ipse cui veller, conferret, quoties ea contingeret vacare. *c. present. de prabend. in 6.* Et is mos similiter dicto Concilio *§. placuit de reservation. in pragmat. sanct.* & dicta Leonis X. constitutione est lapsus.

Intelligendum tamen hoc de reservationibus à Pontifice factis. Quas enim Jus Eius specialiter reservavit, ea adhuc durant: ut sunt eorum Beneficiorum qua in Curia Romana vacant. *d. c. 2. & c. present. de prabend. in 6.*

16 Quae sint istae, explicatur in *d. c. present. & c. ad Regimen. Extr. com.*

Deus, si intra mensem à die vacationis à Pontifice non essent collata, disponebat Ordinarius liberè, *sec. 3. eod. in 6.* Postea prohibuitur. *c. 1. Extr. eod. c. ex debito. vers. non obstantibus. de elect.*

16 Unde autem dicta Beneficiorum conferendorum potestas Pontifici comparat non conveniunt Doctores: Sunt qui eam accersant ex primae Ecclesiarum institutione facta à Pontifice Romano: ut supra recitavimus & confirmat Innocentius III. *epist. ad Concilium Montis Regalis Episcop.* & S. Leo *sermone 3. sua ordinationis.* Alii derivant eam ex reparatione Ecclesiae, quam gessit D. Petrus, tempore Apostolorum: Quae adhuc gerant Eius Successores. *alleg. D. Augustin. in tract. 124. in d. Johannem.* Alii ex eo, quod ceteri Episcopi sint tantum Cooperatores Papae. *sec. S. Leon. homil. 4. per omnes missa provincias ad Episcopos. Tres.* Modernicum S. Thoma *in lib. 4. sent. dist. 4. qu. in art. 4. & c. present.*

contra Error. Grec. cap. 69. S. Antonino. 3. summa, tit. 22. cap. 45. 2. ex plenitudine potestatis. can. 11. decreto. cum seq. 2. qu. 6. Dicit Innocent. III. serm. 1. in festo S. Georgii: Sicut in corpore humano solum caput habet plenitudinem sensuum, cetera vero membra partem recipiunt plenitudinis; sic & in Ecclesiastico corpore, ceteri vocati sunt in partem sollicitudinis, sed Supremus Pontifex assumptus est in plenitudinem potestatis: & in Petrus fuit veluti heres ex asse, alii vero tantum veluti Legatarii. Vide Tit. de Summo Pontifice. in Tract. nostro de person. Ecclesiast.

TITULUS II.

De Concilio Oecumenico, seu Generali.

SUMMARIA.

- 1. Concilium Generale an stantiensis Decretum. possit conferre Beneficia. 4. Adhibenda hic distinctio.
- 2. An Pontifex Ei subsit. etio.
- 3. Quale hic Concilii Con- 5. Qualis.

Concilium Oecumenicum seu Generale an Beneficia conferre possit, quaritur. Eam quaestionem tractant Abbas qu. 1. ad 4. dubium ex num. 29. Selva de benef. 2. part. quest. 2. Corras. de benef. 2. part. cap. 2. Durand. d. tract. lib. 3. cap. 3. Garciad. tract. 5. part. cap. 2. Duar. tract. de Sacris Eccles. Minist. lib. 3. cap. 2. Dartis de Benefic. sect. 3. cap. 2.

Quaestionem facit, quod Pontifex Romanus, cui hoc jus competit subesse à multis dicitur Concilio; & eo esse inferior. Quod an verum sit, discutendum.

Refert Rochellus Decretor. Ecclesia Gallicana. lib. 5. cap. 35. ex Cod. Libert. Eccles. Gallicanae. haec verba; Quamvis ex norma Ecclesiastica, vel, ut inquit Cyrillus epist. ad Celestinum Papam, ex veteri Ecclesiarum omnium consuetudine, cogi vel haberi Concilia Generalia absq. Pontifice,

[H] 3

ius
otus
ecclesia
IV.

tifice, qui clave non errante, militantis Ecclesia caput, & Primas, nec non Christianorum omnium communis Pater agnoscitur, neq; in iis que quatenus statui vel concludi, nisi ex Eius auctoritate debeat; Hoc nihilominus in Ecclesia Gallicana ratum semper fuit: Quod Papa non censetur esse legitimum Concilium Uniuersale, sed ad illius Decreta & statuta, non minus quam ad Ecclesia, que Domini nostri Jesu Christi Sponsa est, & que maxime per Concilium istud representatur, seruanda precepta obligatur.

Quæ Ecclesiæ Gallicanæ observantia Juri Divino videtur esse consentanea. Non enim uni Petro, cujus Successor dicitur Pontifex Romanus, data est à Christo potestas ligandi & solvendi, sed & toti Ecclesiæ. *Matthæi 28. can. 6. quodcumq; 24. qu. 1.* Licet cæteris Apostolis fuerit præpositus.

Hinc, quoties Apostolorum temporibus aliquis, sive Episcopus sive Diaconus, fuit ordinandus, vel aliquid, quod pertineret ad Ecclesiam, fuit decernendum; nunquam id sibi sumpsit Petrus, sed toti permisit Ecclesiæ. Solebat tamen tanquam Apostolorum Princeps convocare cæteros, & de his quæ agenda forent, apud Eos orationem habere. *Actor. cap. 1, 6. 15.*

Postea Pontifici summum in Christianos Imperium, nescio quo modo, tributum; Legibus Canonibusque Synodalibus, Imperatorum exemplo, solutus fuit. Dicit Papa Paschalis in *c. significasti. 4. de elect.* Nulla Concilia Romanæ Ecclesiæ legem præfigere posse. Et in Decretis quibusdam Synodalibus Romani Pontificis excepta reperitur auctoritas. *can. ideo. 25. qu. 1.*

3 Quæ sanè varietas in Ecclesia magnam peperit perturbationem & distensionem. *Panormit. in 1. suar. quest. & in tract. de Concil. Bas.* Quam dirimere volens Concilium Constantiense, statuit, In iis que ad fidem & religionem pertinent, aut Ecclesiæ tam in capite, quam in membris, constitutionem & reformationem, Pontificem subesse & obtemperare Concilio. Quod veteribus quibusdam Canonibus continetur, ut *can. Anastasius. dist. 19. can. s. Papa. dist. 40.* & postea Concilio Basiliensi *tit. de pot. sac. Congr. in Pragm.* confirmatum.

Sed hæc disquisitio, An Oecumenico Concilio suble Pontifici, an contra, alterius est loci. Redeamus ad quæstionem propositam.

Corvi
De Pers
et Benef. E

G

32

Distinguendum. Aut *Sedes Patriarchalis vacat*; aut *non vacat*. 4

Hoc casu judicamus hanc quaestionem esse otiosam: Quoniam cum non convocentur Oecumenica Concilia, nisi Romani Pontificis auctoritate. *can. multis. dist. 17.* Quod & ex Eusebio, Socrate, Theodoro, ceterisque Scriptoribus Ecclesiasticis discere licet: non se abjurabit illa potestate Beneficiorum conferendorum Romanus Pontifex, quando Concilium convocabit. Nec dubium est, Concilium, cui Papa praesidet, posse Beneficia conferre. *Selva de Benefic. 2. part. qu. 2. Corraf. Durand. d. locis.* juxta illud *Actor. Apostol. cap. 1.* ubi Mattheus fuit electus in Concilio seu congregatione, in qua erat Petrus. Et quia, *ut inquit Corraffus*; sicut solus Papa potest Beneficia conferre, ita Concilium Papae praesentia & auctoritate suffultum. *vid. & Zechus. de benef. & pension. Ecclesiast. cap. 2.*

Garcias tamen *tract. de Benef. part. 5. cap. 2. num. 4.* putat Concilium Generale quamvis legitime congregatum; non posse conferre Beneficia, nisi ei id Papa specialiter permittat: *Non enim ad id*, inquit, *congregantur Concilia: nec de Jure habent talem potestatem.* Possit quidem Papa, si veller, in Concilio Beneficiorum facere provisionem, sicut fecit B. Petrus in illa electione B. Matthiae. Quae & sententia Panormitani. *d. qu. 1. ad quast. dub. num. 34.*

Vacante vero Sede ut Synodus Universalis Beneficiorum conferendorum potestatem sibi vindicet, nec jus, quo nunc utimur, nec mores, qui, ut ait Plautus, *optimos Leges perducunt aliquando in potestatem suam*, videatur permittere: cum Episcopatus sint distincti, & personis certis haec potestas attributa. *Duaren. d. loco.*

Conferent ergo Beneficia *Ordinarii in sua Diocesi*; In Romana vero Dioecesi conferentur vel à Capitulo Ecclesiae Romanae vel referuntur futuro Episcopo Romano: *Dart. tract. de benefic. sect. 4. cap. 2.* Nec enim Collegium Cardinalium Beneficia conferendi potestatem habet: *c. ubi periculum. de elect. in 6.* Quod si de majoribus Beneficiis, ut Episcopatibus, agatur, tunc Episcopi Provinciales, juxta canonicas constitutiones, Episcopos eligerent, si diu Sedes vacaret. *Dart. d. loco.*

MUS
ONIS
Ecclesiae
IV.

TITULUS III.

De Legato Romani Pontificis.

SUMMARI A.

1. Legatus Pontificius an commissam.
2. Qualia.
3. An non vacanti a Collationi sua potest reservare.
4. An extra provinciam
5. An non sunt Beneficia in qua jus habet nullum
6. Quae sunt illa.
7. Conferunt Legati auctoritate extraordinaria.
8. Ut & Pontifex.

QUAMVIS Romanus Pontifex, ut supra diximus, in Beneficiorum collatione concurrat cum omnibus Ordinariis, Legatus tamen Ipsi in Provincia sibi commissa, non utitur eodem jure, nisi sit Cardinalis. Nam si Pontifex collegio Cardinalium aliquem sibi legaverit, (qui vulgo dicitur Legatus à latere) potest beneficia conferre, c. 1. de offic. Legati. in 6. ubi Jure Ordinario, hoc est, jure Legationis, non in genere, sed in specie, id est, jure talis Legationis à latere. Aliis enim Legatis Beneficia conferendi potestas non competit: Nisi specialiter Eis fuerit mandatum. Gloss. in d. c. 1.

In tantum dicta procedunt, ut Legatus à latere etiam possit conferre beneficia ad Patroni Ecclesiastici, praesentationem pertinentia. dilectus. de off. Legati. c. cum dilectus. de jure patron. Roch. de jure patron. verb. honorif. num. 4. & 11. Paul. de Citadin. eod. tract. 7. part. num. 1. etiam nullam mentionem aut derogationem Juris patronatus factam. dilectus. Felin. in tract. quando litera Apostolica. limit. 3. Covarr. pract. quest. cap. 36. num. 2. Garc. d. tract. part. 5. cap. 1. num. 17. & 18.

Corvi
De Pers
et Benefic. E

G

3 2

Item Exempta; *Gambar. de offic. & potest. Legati. lib. 3. num. 94.*
ad collationem Exemptorum spectantia: *Cosmas an pragmat. sanct. tit.*
de collation. §. item circa. verb. Legatorum. Selva tract. de Benefic. part. 3.
quest. 66. Ea quorum collatio ad Summum Pontificem devoluta: *c.*
pa. de prabend. Gloss. fin. in d. c. 1. de offic. Legati in 6. & in Clem. Si de
Benefic. verb. si ve ad nos. de prabend. in fin. & ibid. Archidiacon. Domi-
nic. Franc. Cardinal. Imola. Bonifac.

Potest etiam Beneficia nondum vacantia reservare collationi suae
in favorem certarum personarum, ita ut secuta inde vacatione Ordina-
rius ea conferre non possit. *c. presenti. de offic. Legati in 6. Corras. tract.*
de benefic. 2. part. cap. 3. num. 4. Aeneas de Falcon. de reservation. 2. part.
Gambar. de potest. Legati in reservando. Licet non possit Jus in vacanti-
is tribuere. *c. 1. de prabend. in 6. Corras. d. loco. Zechus. de benefic. & pen-*
son. Ecclesiast. cap. 2. Duar. de benefic. lib. 3. cap. 3. Ratio cur hoc non pos-
sit, illud vero possit, est; quod reservatio ei, in cujus favorem facta est,
nullum tribuat jus, nec impediat, quo minus alteri beneficium Legatus
conferre possit. *Dartis d. sect. cap. 4.*

Potest ista Legatus facere etiam existens extra provinciam sibi
commisam. *Gloss. in c. nemo. de offic. Legati. Archidiacon. in c. fin. eod. in*
6. Benef. in Clem. 2. de offic. Ordin. seu 1. de offic. Legati. num. 24. & 25.
de loca. d. part. 3. qu. 63. num. 1. Garc. d. part. & cap. num. 39.

Et ex his patet Legatum de Latere in sua provincia concurrere cum
quolibet Ordinario, & inter eos esse preventioni locum. *c. si a Sede Apo-*
stolica. de prabend. in 6. & ibi Gloss. 1. & Gloss. fin. in c. 1. de offic. Legati. in
6. & ibi Franc. num. 8. & alii. etiam in mensibus Ordinariis concessis.
Gomez. de expectativis. num. 16. Gambar. d. tract. lib. 3. Zerola in pra-
xi Episcop. 1. part. verb. Derogatio. Garc. d. loco. num. 40. cum seqq.

Sunt tamen Beneficia quadam, in qua Legatus, quamvis de Late-
re, Jus habet nullum.

Cujusmodi sunt: 1. Ecclesiae Cathedrales, vel Regulares, aut
Collegiate, seu ipsarum Cathedralium Dignitates majores post Pontifi-
cium electivae: *c. deliberatione. de offic. Legati. in 6. Gloss. fin. in d. c. 1.*
Corras. d. c. 3. num. 30. 2. Beneficia reservata; *d. Gloss. fin. in d. c. 1.*
Pontifici: *c. quod translationem. eod. Gonz.alez. ad reg. mensium. Cancell.*
Gloss.

[1]

MUS
ONIS
Ecclesia
IV.

Gloss. 24. num. 21. sive generaliter, sive specialiter; licet ipsi conceda
 sit facultas conferendi beneficia qualitercumque vacantia: *Rota decis.*
 9. de officio Legati in novis & in addit. *Capella Tholosana. decis. 435.* & in
Aufrer. Aeneas de Falcon. d. tr. de reservat. 4. quest. princip. esset in d.
 3. Beneficia litigiosa: ex c. 1. & 2. ut lite pend. nihil innov. *Lancelot. de*
attentat. 2. part. in presat. num. 617. Rot. decis. 198. lib. 3. part. 3. de
versor. 4. Beneficia Juris Patronatus Laicorum; pure: Gloss. in C. de
per literas, de prebend. verb. Apostolicis. Felin. in tract. quando litera Apo-
stolica. Probus ad Monach. in d. c. 1. de offic. Legati. in 6. num. 16. Rota
de Jure patron. verb. honorificum. num. 8. Paul. de Ciudadina. eod. tract. 5.
part. num. 16. Lambert. eod. 3. par. 2. lib. qu. 8. art. 1. & 2. aut minus
Abb. in c. fin. de jure patron. c. dilectus. de offic. Leg. Felin. in c. multorum
num. 3. de Judicis. Rochus d. tr. verb. Jus num. 15. Lambert. d. qu. 8. art.
& qu. 9. num. 28. & alii quos alleg. Garc. d. loc. num. 67. Nisi sint
ex privilegii aut prescriptione. Abb. in d. c. dilectus. in fin. Cardin.
Clem. per literas. 3. qu. Felin. in d. tract. quando litera Apostolica. limitat
Staphil. de literis gratie. tit. de modo & forma impetr. §. 4. princip. in
num. 5. Probus ad Monach. d. loco. num. 16. Roch. d. verb. honorificum
num. 16. Garc. d. loc. num. 72. Nisi per negligentiam Laicorum ad Ep-
iscopum sint devoluta: Servad. de benef. 2. part. e qu. 3. num. 41. & alii.
Nec Beneficia vacantia in Curia, nisi specialiter & expresse id eis sit con-
cessum. c. 2. de prebend. in 6. & ibi Dd. Gigas. consil. 7. num. 6. & in
10. num. 2.

7 Conferunt Legati Beneficia auctoritate Apostolica, nec
 sunt, ut quidam volunt. *Decius consil. 128. Villad. quest. Gigas de pro-*
son. qu. 6. num. 18. & 21. Gambar. de offic. & potest. Legati. lib. 3. num.
31. fac. c. 2. de offic. Legati in 6. Ordinarii Collatores scc. Gloss. in C. de
2. de offic. Ordin. in verb. volumus. & ibi Abbas: num. 4. dicens quod
licet potestas Legatorum respectu Jurisdictionis, sit ordinaria; in d. c.
& c. si quis contra. num. 4. de foro competente. tamen respectu Collato-
nis Beneficiorum est extraordinaria; D. r. d. cap. in fin. Quia conde-
rendi potestas non venit ex proprio officio Legationis; Ideoque Legati
non Cardinales hanc potestatem non habent: ut d. c. 2. sequent. Servad.
d. tract. 2. part. num. 34. & 3. part. qu. 66. num. 4. Probus ad Monach. in

Corvi
 De Pers
 et Benef. E

G

32

fin. de constitut. num. 39. & in d. c. 2. de offic. Legati aliq. Diss. Garc. cum aliis d. loco. num. 4. & 8.

Nisi ea ipsis specialiter sit indulta; d. c. literas. de supplend. negl. Pralat. d. c. 1. de offic. Legati. in 6. aut sint nisi cum potestate seu auctoritate Legati de Latere. Decius. conf. 128. Villad. d. tract. de off. Legato. qu. 9. num. 2. Gigas d. tract. qu. 6. num. 19. Zechus de Republ. Eccles. cap. de statu Legati, sub num. 4. vers. 5. Mandos. reg. 13. Cancell. qu. 6. num. 4. Garc. d. part. 5. cap. 3. in princ.

Ut Beneficiorum Collatio Legatis non competit, nisi extra ordinem, ita nec Ipsi Pontifici: Dartis d. loc. & Duaren. d. lib. cap. 4. in princ. Quamvis Interpretes vulgò dicant Eum esse Ordinarium Ordinarium.

Nec refert quod Glossa in c. quanquam. verb. devolvatur. de elect. in 6. dicat, de antiquo jure & Ecclesia dispositione potestatem conferendi Episcopatus, ad Romanum Pontificem pertinere, conferendi vero inferiores Ecclesias ad Episcopos; citat can. 1. dist. 22. Respondemus dupliciter: Primò; Institutionem Ecclesiarum processisse hoc modo. Cathedra primum Episcopalis fuit collata Romæ: teste Optato Milevitano lib. 2. de Schismate Donatistar. Deinde cum ceteri Apoloim aliis sedissent Civitatibus hæ quoque factæ sunt Episcopales: Quas Ecclesias Matrices & Originales fidei appellat Tertullianus in lib. de præscript. advers. Hæretic. Institutionem Patriarchatum, Primatum, Archiepiscopatum, exegit postea disciplina conservatio: ut scribit Leo pps. ad Anastas. Ibesalon. & nos diximus supra: & pro locorum & Urbium ratione institutæ sunt in Ecclesia secundum divisionem politicam. can. provincia. dist. 99. Secundo respondemus hæc quidem spectare institutionem, non Collationem. De qua nos hic agimus & dicimus eam factam fuisse modo supra, d. titulo hujus libri primo, dicto. Vid. in. De Legat. Apostol. in tract. nostro de Person. Ecclesiast.

mus
onis
Ecclesiast
IV.



TITULUS IV.

De Ordinariis Collatoribus.

SUMMARI A.

1. Qui sunt Ordinarii Collatores de jure Comuni. 3. Qui hac in materia Ordinariorum appellari ne veniunt.
2. Qui sic appellari possunt.

1 **D**E Jure Communi Ordinarii Collatores sunt: Episcopi & Archiepiscopi, qui in collatione Beneficiorum (quae est eorum quaedam libera concessio,) suae Dioeceseos fundam tam habent intentionem. *Garc. tract. de Benefic. pari. 3. cap. 4. num. 4.*

2 Appellari tamen Ordinarii Collatores possunt, qui suo jure collant, sive id habeant à Jure, sive à Pontifice, sive à Consuetudine: sed non habeant Jurisdictionem Ordinariam. *c. postulas. c. accedens. c. nostris. de concess. prebend. not. in c. Ordin. de Offic. Ordin. & c. postulas. concess. prebend. in 6. Gloss. in Clem. 1. ut lite pend. verb. Ordinarius. ibi Imola & Cardin. qu. 14. & Gloss. in Extr. Execrabilis. §. statim verb. Ordinario.*

3 Unde in materia hac Collationis appellatione Ordinarii collant, non solum Episcopi, sed & Capitulum, alique Praelati Inferiores, sive sint Saeculares, sive Regulares, facultatem prebendas conferendi habentes: *d. c. postulas. 15. d. c. accedens. 14. d. c. cum nostris. Decret. c. postessionem. num. 7. de probation. Rebuff. in concordat. tit. de collatione. 1. verbo Ordinarius Collatores. Flamin. Parisius de resignat. Benefic. lib. 1. qu. 9.*

Sed quia Beneficia, usû, non jure, vel sunt *prebenda & Dignitates*, sive Ecclesiarum *Cathedralium*, sive Ecclesiarum *Inferiorum*, quas vulgo vocamus *Collegiatas*; vel sunt *Beneficia*, quae Collegii nomine non collantur.

Corvi
De Pers
et Benefic. E

G

3 2

sentur, sed sonant, ut dicunt, in nomen *Rectorie* vel *Capella*, vel *Prioratus*; distinguendorum iudicamus. Et quidem tribus positus casibus. Quorum *primus* erit de *Præbendis & Dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium*; *Alter* de *Collegiarum Præbendis*; *Tertius* de cæteris *Beneficiis*, seu *Præbendis*, quæ nomine Collegii non veniunt: Idquæ circa *Episcopo*, vel *mortuo*.

TITULUS V.

De Præbendis & Dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium.

SUMMARIA.

- 1. Ad quem Præbendarum Ecclesiarum Cathedralium pertineat provisio, controversum.
- 2. An ad Episcopum, & quomodo.
- 3. An hoc etiam obtineat in earum Ecclesiarum Dignitatibus.
- 4. Quid si Episcopus & Capitulum concordent.
- 5. Quid si discordent.
- 6. Allegans discordiam quomodo debeat probare.
- 7. Quando valeat Collatio facta à solo Episcopo &c.
- 8. Quid servetur moribus.

DE Beneficiis, & Præbendis, & Dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium est casus primus Controversus: Varia enim circa earum provisionem sunt

opiniones. Prima est; Eam pertinere ad Episcopum cum consensu Capituli. *Compostellan. ad c. cum Ecclesia. 3. de caus. poss. per c. ea noscitur. de*

mus
onus
ecclesiarum
IV.

his que sunt à Pralat. *Selva de benefic. part. 2. quasi. 22. casu. 4. à num. 12.*
Duarenus de benef. lib. 3. cap. 4. dicit; Receptius est præbendam Ecclesiæ
Cathedralis, ac Dignitates Eiusdem, ab Episcopo conferri, sed totum Colla-
gii Ecclesiastici consensu accedente; Nisi contraria ostendatur consuetudo
d. c. ea noscitur. not. in d. c. cum Ecclesia.

Ab ea recedit Hostiensis in d. c. cum Ecclesia. & vult provisionem
 spectare ad Episcopum cum consilio Capituli. *per c. novit. 4. cum supra*
his que sunt à Pralat. Quem sequuntur Agidius. decis. 69. Corradus
tract. de benef. cap. 4. num. 5. Zechus de benef. & pension. Eccles. cap. 2. cap.
Ordinarii etiam. per c. illa. 2. Ne Sede vacante. Dantis tract. sum. tit. 3.
cap. 6.

Glossa in d. c. cum Ecclesia. & c. fin. verb. communiter. De scriptis
 da neglig. Pralat. & in c. irrefragabili. verb. per Capitulum. De officio De-
 din. & can. 1. §. 1. verb. disponit. dist. 21. Abbas in d. c. cum Ecclesia. num. 1.
 Francus num. 1. aliique in c. à collatione. de appellat. in 6. Quos sequen-
 tur alii, allegati per Garciam tract. de benefic. part. 5. cap. 4. num. 11. Pe-
 tant eam ad Episcopum & Capitulum simul pertinere. Quam opinio-
 nem communiorem esse dicit Mandos. in regul. Cancell. 18. pp. 11. Et
 Rotahodie sequitur Cassad. decis. 22. de præbend. Purp. decis. 11. 7. pp. 11.
 seq. lib. 3. Achill. decis. 267. seu 4. de præbend. Garc. d. loc. num. 1. Pe-
 datur in d. c. cum Ecclesia. in fin. in d. c. fin. & c. ea noscitur. & c. postulat.
 de concess. præbend. in d. c. à collatione. & c. quod quibusdam. de fidei iur.
 quia nonnullis. §. verum. de Magistris. & in Regula. Quod omnes
 git, debet ab omnibus approbari. in 6.

² Garcias d. loc. num. 16. vult ex c. un. Ne Sede vacante. in 6. nullam
 dictarum opinionum iure probari satis. Magis tamen probat ultimam.
 Quam Nos rejicimus; & probamus secundum, eum Dantis d. loc. de-
 musque in conferendis præbendis, Ecclesiarum Cathedralium proce-
 re debere Episcopum cum Capituli sui non consensu, sed consilio. *per*
novit. 4. & c. quanto de his que sunt à Pralat. & c. Longè namque distat
 consilium à consensu. Qui enim tenetur cum consilio alicujus aliquid
 agere satisfacit se ejus requirat consilium; non necesse, ut illud sequatur.
 Proptereaque potest Episcopus, post consilium sui Capituli re-
 quisitum, liberè conferre beneficium cui voluerit, sed non nisi ad con-

Corvi
 De Pers
 et Benef. E

G

3 2

cum olim de arbit. Nec repugnat huic sententia. Quod sepius præbenda reperiantur instituta de bonis communibus Ecclesie, quæ & Episcopi & Capituli sunt, & propterea; Quod omnes tangit ab omnibus videatur debere approbari: d. c. ad hac. 7. in fin. de offic. Archid. 1. Quia bonorum Ecclesie dispositio & ordinatio, de veteri & communi jure, ad solum pertinet Episcopum. can. omnes. can. nullus. 16. qu. 7. 2. Quia in d. c. ad hac. 7. in fin. Decani Rurales idem ad Episcopi & Archidiaconi mandatum sintul & instrui & destitui debere dicuntur; quoniam uniusque est officium hoc commune; proptereaque dicitur; Quod omnes tangit, &c. Et sic cessat & Garcie d. loc. & Cassad. aliorumque quos sequitur; opinio.

An, quæ diximus, obtinere in collatione præbendarum Ecclesia 3
Cathedralis; etiam obtineant in Eius Dignitatibus; est inter Canonicos controversum. Earum collationem de Jure esse communem Episcopo & Capitulo volunt Abbas in d. c. cum Ecclesia. num. 8. Franc. in d. c. ex collatione. 1. notab. Duaren. d. tract. & cap. Selva d. loco. alique referunt per Garciam d. loc. n. 20. Alii volunt eas esse per Capitulum electivas, electionis confirmationem pertinere ad Episcopum. Oldrad. cons. 146. Domin. in c. deliberatione. 6. de offic. Legati in 6. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 30. num. 7. aliiq. per eundem Garciam d. loc. num. 22. allegati. Ipse Garcias d. loc. cum 23. putat, probari jure nullo posse Ecclesiarum Cathedralium Dignitates omnes esse electivas; multo minus in eis juxta caput propter. de elect. ut vult ibi Oldrad. fieri debere electionem solemnem. Factur, & rectè; aliquas esse tales, sed ex consuetudine: vel privilegio; &c. ut patet ex c. dudum. rer. eod. d. c. deliberatione. & dicitur in multis Cathedralibus Ecclesiis in Hispania, vigere eam consuetudinem, ut Collatio Canonicatum & Portionum, communis sit Episcopo & Capitulo; Dignitatum verò solius Episcopi. num. 26. Merito. Alioquin in Capitulum majus jus in eis haberet, quam in Præbendis, cum tamen deberet habere minus: Cum de Jure non sint de Capitulo; nec habeant partem in mensa in Ecclesiis aliquibus. Idem num. 25.

Casu, quo Collatio pertinet ad Episcopum & Capitulum simul; 4
Hoc totum vocent habere unam, alteram Episcopus solus. Probus in Rubr. de jure patron. n. 14. Rot. decis. 783. lib. 3. part. 3. Garz. d. loc. n. 27. Quod

mus
omnis
ecclesie
IV.

5 Quod si fuerint discordes; ita ut Capitulum, aut Eius pars major contulerit uni, alteri verò Episcopus, neutra erit valida Collatio. *Andr. Domin. num. 4. Franc. num. 2. in d. c. ex collatione Abbas in d. c. cum Ecclesia. num. 11. Parvin. de offic. & potest. Capit. Sede vacante. §. prebend. Selva. d. tract. de benef. 2. part. qu. 17. num. 4. & 5. & 3. part. qu. 71. Prob. d. loc. num. 9. & 19. c. cum in illis. de prebend. num. 15. & c. fin. de regular. in 6. num. aliq. alleg. per Garcia. d. loc. num. 29. Eaque opinio est communis. Felin. in c. pastoralis. num. 9. de rescript. Rochus de prebend. verb. Ipse vel Is. num. 7. Cassador. decis. 2. de Jure patron.*

6 Possunt tamen intra semestre datum ad conferendum, in unum ex provisio in discordia, vel in alium convenire; Nisi interim provisio sit, ut potest, etiam sequenti die à discordi collatione; *Prob. in Rubr. ex num. 8. Rebuff. cons. 60. 2. qu. est. alteri Papa.*

7 Quod si nequidem Hic præviderit, nec Illi intra semestre concederentur, devolvitur provisio ad Superiorem: *d. c. postulavit. Abbas d. c. cum Ecclesia. num. 12. Prob. in d. c. cum in illis. de prebend. in 6.*

8 Qui, ut impetret prebendam à Papa, (allegans inter Episcopum & Capitulum esse in providendo discordiam,) an eam sufficiens probare debeat, an vero sufficiat iustificare semiplene; quarum Variatum hic in Rota. Primum fuit resolutum inquit Idem Garcia. *loc. num. 36. cum seqq. in Hispalensi Portionis, 20. Junii 1594. Abbas in Eadem 17. Martii 1595. & 18. Martii 1596.*

9 Collatio Prebendæ ad Episcopi & Capituli simul collationem spectantes, si facta ab Episcopo solo, vel à solo Capitulo, & non contentente vel Episcopo, vel Capitulo infra semestre, valet. Fieri tamen potest separatim. *Puteus decis. 117. & 125. lib. 3. Achilles decis. 267. seu 4. de prebend. Mandos. ad reg. Cancell. 17. qu. 14. Ut & fuit resolutum in Rota. teste Garcia. d. loc. num. 42. cum seqq. Adeo ut Papa provisio alteri postea facta non subsistat. Achilles. d. decis. ex num. 11. d. Mandos. d. qu. 14. reg. 17.*

10 Quæ subsistit, si facta infra semestre contradictio. *Garc. d. loc. num. 46.*

11 Sed in hoc & Canonum, & Canonistarum, & Dominorum de Rota, conflictu animadvertendum, quandoque. *Lege, consuetudine, &*

Corvi
De Pers
et Benef. E

G

3 2

privilegio, reperiri cautum, ad quem Præbendarum pertineat Collatio; quandoque non reperiri. Hoc casu procedet, quod diximus, ut conferat Episcopus cum Capituli sui consilio. *c. cum ex injuncto. in fin. de hæret. & c. 3. de excessu. Prælat. Illo, servabitur Lex aut Consuetudo; Veluti, si consuetudo sit, ut Capitulum eligat Canonicos Episcopo irrequirit, qualem consuetudinem esse in Tuscia dicit *c. cum Ecclesia. de elect. & intellexi esse in Germania; solum conferet Capitulum; si ut Archidiaconus, solus conferet Archidiaconus; c. cum venissent. de institution. sicut Abbas vel Prælati alterius Ecclesie, is solus Præbendarum habebit Collationem: ut in c. fin. eod. si ut tam Episcopus, quam Capitulum; utrumque conferre necesse est: c. postulastis. de concess. præbend. & c. fin. de suppl. negl. Prælat. si ut ipsa Ecclesia Cathedralis, Episcopus cum consensu sui Capituli conferet; c. ea noscitur. de his que sunt à Prælat. sine cons. Capit. Quia cum Ecclesie illud jus specialiter sit datum, intelligitur tam Ecclesie quam Episcopo datum: arg. c. requisisti. i. 5. de testam. proptereaque si non consenserit Capituli pars major, irritæ erunt Collationes ab Episcopo factæ: *Dart. d. loco.***

Notandum, quando collatio Beneficiorum pertinet ad Capitulum; consuetudinem nonnunquam esse talem, ut conferat non totum Capitulum, sed ejus vice ac autoritate singulares Canonici. *c. fin. de præbend. in 6.*

TITULUS VI.

De Præbendis Ecclesiarum Collegiatarum.

SUMMARI A.

1. *Quæ ad Præbendarum & Dignitatum Ecclesiarum Collegiatarum collationem sententia varia.*
2. *Quæ receptior.*
3. *Quæ ejus limitatio.*
4. *Quæ inveterata præscriptio.*

[K]

Secum

mus
omnis
ecclesiarum

IV.

Secundus casus est, de Præbendis & Dignitatibus Ecclesiarum Inferiorum, quas Collegiatas dicimus.

Circa earum provisionem opiniones etiam sunt variae, de varii Rotæ Romanæ Domini. teste Garcia tract. de Benef. parte 5. cap. 3. num. 52. all. decis. 4. de concess. præbend. Agid. decis. 717 seu 718.

Statuunt nonnulli Canonistæ, ut Calder. in c. cum Ecclesia Viterbana. de elect. Hostiens. in c. 2. de instit. Abbas. in d. c. cum Ecclesia Viterbana. num. 8. Probus ad Monach. in c. fin. de Regular. in 6. num. 3. numeratibus in c. ex transmissa. in fin. de renunc. c. significatione. de præbend. c. insinuatione. de Simonia. & c. cum in Ecclesiis. de præbend. in 6. sed maxime tantum loquentibus; Agid. d. decis. 717. num. 3. & 32. contra collationem de Jure spectare ad Prælatum & Capitulum, non ad Episcopum. Nec enim est tanta communio inter Episcopum & Ecclesiam inferiorem sibi subjectam, quantum inter Ipsum & Ecclesiam suam Cathedrali. ut in c. requisiti. de testam.

Alii quos secuti Domini de Rotæ decis. 4. de præbend. & d. Agidii 717. attribuunt eam Episcopo, tanquam habenti omnium beneficiorum suæ dioceseos dispositionem & collationem ex antiquo more. sec. can. regenda. 10. qu. 1. & can. omnes Basilicas. 16. qu. 7. eadem simil. A quo, nisi in casibus postmodum jure expressis, putant non recedendum; ut ait Gloss. in c. quanquam. de elect. in 6. verb. de omnibus Agid. d. loc. num. 3. nec esse recessum; nisi quoad ipsorum Collegiorum capita. Agid. ibid. num. 4.

2 Receptior, & quæ magis placet, opinio est in Ecclesiis Collegiatis præsentationem seu electionem spectare ad Prælatum & Capitulum seu Collegium Earum institutionem verò seu confirmationem ad Episcopum. c. nullus. 16. qu. 7. Joann. de Lignano in d. c. cum Ecclesia Viterbana. Abb. in d. c. cum Ecclesia. num. 8. & c. cum venerabilis. de excep. num. 45. & 161. Felin. à num. 37. Duar. tract. de Sacra Ecclesia. lib. 3. cap. 5. Corras. de benef. 2. part. cap. 4. num. 6. Dart. simil. in d. c. 3. cap. 7.

Quod si Ecclesiæ Collegiatae non habeant Prælatum inferiorem.

Corvi
De Pers
et Benef. E

G

3 2

sed Episcopo sint subjectæ immediatè: presentatio, nominatio seu electio, pertinet ad solum Capitulum seu Collegium; institutio ad Episcopum. *fac. c. 1. de elect. c. ex insinuatione. de Simonia. c. ad audientiam. I. de Capell. Monach. in 6. c. nullus. c. cum ex iuncto. in fin. de heret.*

Sed hæc demum obtinent, si non diuturna & inveterata consuetudo, seu præscriptio, potius, *Abb. in d. c. cum Ecclesia Vulturana. num. 6. & c. fin. de consuet. num. 6. & ibi Joan. Andr. & alii Balb. de præscript. part. 1. qu. ult. num. 3. & 4. & 5. part. 5. qu. 12. num. 5.* fit contraria, aut privilegium, ut aliquando provisio pertineat ad Episcopum, aut Capitulum solum, vel ad Canonicum hebdomadarium, vel ad Episcopum & Capitulum alternatim, seu per turnos, &c. *d. c. cum Ecclesia Vulturana. & ibi Gloss. & Abbas. num. 10. & alii. Rebuff. de nomination. qu. 8. d. num. 3. Corras. d. loc. num. 7. aliq. citati per Garciam d. tract. part. & cap. num. 72.*

Inveterata præscriptio, hic est quadragintenaria sine titulo. *Pute. in decis. 241. lib. 3. num. 4. Achilles. decis. 140. Garc. d. loc. num. 76. & cum seqq. multis.*

TITULUS VII.

De Beneficiis, quæ Collegii nomine non veniunt.

SUMMARIA.

- | | |
|-----------------------------------------------------------|---------------------------------|
| 1. Inferiorum Beneficiorum Collatio ad Episcopum spectat. | nanciscatur jus. |
| 2. Requirit ex consuetudine Capituli consensum. | 4. Quid si sit Reus criminis? |
| 3. Quando conferendi | 5. Quid si non verus Episcopus. |
| | 6. Quæ hic limitationes. |

[K] 2

Terti

mus
otus
celesia
IV.



Ertius casus est de Beneficiis Inferioribus, quae Collegiis mine non veniunt. Qualia sunt, ut est communis Interpretum sententia; ut notat. in c. quanto. de his que sunt à Præl. sine cons. Cap. Rectoria, Prioratus, Capella, Praemonia.

In quo dicendum; Eorum in Ecclesiis inferioribus collationem de Jure pertinere ad solum Episcopum, etiam sine Capituli consilio, salvo patronatus jure. Abbas in c. cum Ecclesia Vulturana. de elect. num. 3. vers. 3. & casu ult. & in c. novit. de his que sunt à præl. sine cons. Cap. 6. Selva tract. de benef. 2. parte. qu. 22. casu 6. num. 6.

Idemque vult obtinere d. Abbas in d. c. cum Ecclesia Vulturana. num. 3. vers. in tertio membro. in Beneficiis inferioribus Ecclesiae Cathedralis.

Majora verò Ecclesiarum Inferiorum Beneficia de jure consistunt Episcopus cum Capituli consilio. c. novit. c. quanto. ubi Abb. num. 2. de his que sunt à Præl. sine cons. Cap. Abbas idem in d. c. cum Ecclesia Vulturana. num. 3. vers. 3. & casu ult. sive ut vult Duarenus de Benefic. lib. 3. cap. 4. consensu. per d. c. novit. & c. quanto. Quem sequitur Quinquavennas lib. 1. Ecclesiasticon. cap. 5. num. 4. in fin. teste Garcia. tract. de benef. part. 5. cap. 4. §. 2. num. 238.

2 Episcopi tamen, ex generali consuetudine, in nullis Beneficiis extra Cathedralē Ecclesiam sitis, Capituli requirunt consilium: cap. consuetudo valet. ut in c. 3. de consuet. in 6. & ibi d. d. Abb. in d. c. novit. num. 5. Lambert. de jure patronat. part. 3. lib. 2. qu. 1. art. 4.

3 Habent Episcopi Beneficiorum conferendorum Jus simulacrum rini confirmati, licet nondum sint consecrati. c. transmissa. c. generaliter. de elect. Quod ut ait Glossa in can. quanto. dist. 63. per electionem consequantur jus administrandi, & per Confirmationem ejus juris ecclesiasticum. Davis tract. de benef. sect. 3. cap. 8.

Dicitur aded verum, ut ne inductio quidem ulla in possessionem sit necessaria, nisi beneficium ab alio sit prius occupatum. c. cum quis prabend. in 6. Duaren. d. loco.

Sed & sine confirmatione ulla interdum jure hoc uti potest; vel

Corvi
De Pers
et Benefic. E

G

3 2

nt, si Episcopus aliquis cis Alpes sit electus, cuius pendeat confirmatio à Pontifice Romano. Nam interin ei non est deneganda administratio, si meruerit totius Collegii suffragia. *c. nihil. de elect. Duar. d. loc. Dartis d. loco.*

Hinc receptum est, ut Monialium Antistita post electionem statim administrare possit. *c. indemnitatibus. §. si vero. eod. in 6. Duar. & Dartis dd. locis.*

Habet quoque Episcopus conferendorum Beneficiorum potestatem, etsi sit gravissimi criminis reus; Ratio: Non debet accusatus privari Sacerdotii sui possessione. *can. nonne. 8. qu. 4. d. c. 2. Ut lite pend. nihil innovet. Abb. supra Bertach. in repetit. verb. error communis. conf. 2. Garc. d. tr. part. & cap. 4. num. 333. cum seqq.*

Imò & depositus, dummodo provocaverit: *Gloss. in d. sepe contingit. verb. rat. 44. de appellat.* Quia non censetur damnatus, qui provocavit. *l. 2. §. fin. ff. de pœnis. Abbas in d. c. sepe contingit. num. 1. §. & in Francus. à num. 32. Idem Abb. in c. omnipotens. de accusation. num. 3. & ibi Felin. 1. Alias non: Garc. d. loco num. 339.*

Imò etsi ei Coadjutor propter corporis infirmitatem aut senectutem sit datus: non si propter mentis alienationem. *Gloss. in verb. Jurisdictio. de Collation. in pragm. sanct.* Tunc enim Coadjutor Episcopo datur conferet beneficia, ne patiatur Ecclesia Pastorum defectum. *Gloss. d. loco. Domin. num. 4. Franc. 3. in c. un. §. fin. de Clerico egrotante. in 6. Petr. Gregor. de benef. cap. 38. num. fin. Flamin. Parisius de resignat. Benefic. lib. 7. qu. 20. à num. 25. Nec refert quod Coadjutori sit interdicta Honorum Ecclesiæ alienatio; d. c. un. Quoniam beneficiorum collatio non est alienationis species, sed administrationis, quam Coadjutor habet. *can. quamvis. 7. qu. 1. Dartis d. tract. & sect. cap. 7.**

Valer etiam Beneficiorum Collatio facta, ratione publici, non privati. *Ianoc. in c. cum dilectus. de consuet. c. consultationibus. de jure patron. & ibi Abb. num. 6. & 7. & in c. veritatis. de dolo. & cont. num. 47. Felin. in c. Rudolphus. circa fin. de rescript. Domin. in c. 1. eod. in 6. Garc. d. loco. num. 313. officii; per Episcopum seu Prælatum se pro Prælato gerentem, sed ex aliquo defectu non verum. *Dd. arg. l. Barbarius. ff. de offic. Præf. l. 2. C. de sent. & interlucut. can. infamis. 3. qu. 7. Rota decis. 14.**

mus
otus
celesiad

IV.

de iure patron. in antiqu. Abbas in c. nihil. de elect. num. 12. Selve de benef. 2. part. qu. 12. Mascard. de probat. conclus. 649. num. 23. & alii.

6

Nisi:

Primò; Intrusus fuerit in Dignitate seu Beneficio reservato, ratione cuius jus conferendi competit: *Rota decis. 20. de prebend. in antiq. & 4. eod. tit. in antiquior. Aeneas de Falcon. de reservat. 4. qu. effectus. 26. Si moneta. eod. tract. qu. 44. & ibi Paulus Granatius, quos alleg. Garc. d. loc. num. 278.*

Secundò; Nisi careat auctoritate Superioris & titulo ab eo collato, licet ex aliquo latenti vitio, seu occulto defectu, invalido: *Imo. in d. c. nihil. num. 3. & 4. & ibi Imola. num. 7. Abb. num. 11. & 12. & alii. Navarr. in can. placuit. de penit. dist. 6. num. 177. & 178. & plurimi alij per Garc. d. loco. num. 281. Superioris putate Legitimi, alias potestatem illum conferendi habentis. Bertrand. consil. 128. vol. 1. Andr. Gualter. de probat. conclus. 8. num. 20. & ult. Mascard. d. loco. num. 86. 92. & 93. alij alleg. per Garc. d. loco. num. 284. cum seqq.*

Tertiò; Nisi is cui Collatio facta, impedimentum siverit: *Fabius in c. Rodolphus. num. 40. de rescript. Flamin. Paris. de rescript. lib. 7. qu. 74. num. 48. Ugolin. de censur. tab. 1. cap. 11. §. 2. num. 2. Garc. d. loco. num. 309. aliterque id ad quod petendum jus habebat, contempn. potuerit, Thom. Sanchez. disp. 20. qu. 4. num. 45. in fin. Garc. d. loco. num. 311.*

TITULUS IIX.

Episcopo mortuo, ad quem pertinet
Beneficiorum Collatio.

SUMMARI A.

1. *Quis conferat Sede vacante. am & Gratiouam.*
2. *Distinguendum inter Collationem Necessariam & Gratiouam.*
3. *An possit Capitulum presicere Oeconomum.*

Corvi
De Pers
et Benefic. B.

G

32

Diximus supra Beneficiorum Collationem spectare jure quodam ordinario ad Episcopum, nisi mentis compos non fuerit, &c. nunc videndum quis, Episcopo mortuo & vacante Sede, ea conferre possit.

Jure cautum est, *Collegium* Ipsius Ecclesie, (quod, ut notum, vulgo *Capitulum* appellatur;) interim Beneficia conferre non possit, sed collationem integram debere relinquere Episcopo futuro. Licet enim succedat in omnibus Episcopo, quæ sunt jurisdictionis ordinariæ, c. *hæc* quæ. c. *cum olim de major. & obed. c. un. eod. in 6. c. ad abolendam de heret. c. pen. & ult. de suppl. negl. Pralat. in 6. Garcias. tract. de Benefic. part. 5. cap. 5. num. 4.* non tamen in Beneficiorum collatione. c. 2. *Ne Sede vacante. c. un. eod. in 6. c. 1. de instit. eod. Gloss. & Abb. in d. c. 2. num. 6. & d. c. cum olim. num. 2. Gloss. & Dd. in d. c. 1. de instit. in 6. Garc. d. loc. num. 51.* Licet collatio ad Episcopum pertineat jure devoluto. *Abb. in c. cum olim. 1. dubit. & ibi Felin. num. 3. Joan. Monach. in c. quanquam de elect. in 6. Bald. in c. pro defectu. de elect. Garc. d. loc. num. 53. qui allegat. Dissert. Joan. Andr. in d. c. quanquam. & ibi Domin. & Franc. num. 4. aliosq. ut quando ad eum transit Collatio ex Inferioris negligentia. c. 2. de concess. præbendæ. Darts tract. de benef. scet. 3. cap. 9.*

Sed considerandum, nos loqui de collatione libera; Nam in confirmatione & institutione, quæ sunt & necessaria & debita, potest Capitulum Vacante Sede de jure electos confirmare, d. c. *cum olim. præsentatos instituire: d. c. 1. de institut. in 6. Abb. in d. c. cum olim. num. 2. Archid. Domin. Franc. in d. c. 1. aliq. citati per Garc. d. loc. n. 54. & præsentatos instituire, d. c. 1. de instit. in 6. Abbas in d. c. cum olim. sub num. 2. Archid. & Domin. Franc. in d. c. 1. Garc. d. loc. & num. 5.* Imò etiam Beneficiorum collationes necessarias facere. *Prob. ad Monach. in c. fin. de offic. vicar. in 6. num. 5. Hippol. Bonacosa. lib. 1. com. opin. tit. 9. de præbend. num. 13. Joseph. Ludovic. lib. 3. com. opin. tit. de benef. collat. conclus. un. vers. ampliatur. 12. Rebuff. in concordat. tit. de collation. §. si quis verò. verb. disposuerit. vers. 5. si collator. & in tract. Nominat. qu. 8. & 14. Darts tract. de benef. scet. 3. cap. 9. Ut sunt quæ fiunt nominatis. Zechus tract. de benef. & pensio. cap. 5. num. 3. Wames. conf. 259. num. 24. & 267.*

mus
omnis
ecclesie
IV.

267. & 260. alijs, quos alleg. Garc. d. loc. num. 54. cum seqq. Non libera
 Covarruv. lib. 3. cap. 20. num. 7. Dd. supra allegati; Nec enim Capitu-
 lum succedit Episcopo in his quæ procedunt ex mera liberalitate & dis-
 natione Episcopi, inter quas est collatio beneficii; Licet enim ea neces-
 sario sit faciendâ ab Episcopo; id est; necesse habeat Episcopus con-
 ferre beneficia; non tamen magis huic quam illi; Unde & Collatio
 sapientissimè appellatur donatio. r. relatum. de præbend. c. post electionem
 concess. præbend. Dantis d. loco.

A præcedenti sententia recedit Corrafius tract. de benef. part. 2. cap.
 9. n. 5. & part. 4. cap. 4. n. 37. Dicit casum nostrum legem non esse expre-
 sum, & in Beneficiorum collatione, nunquam Sede Vacante succede-
 re Capitulum; nisi ubi hoc Lege cavetur nominatim. alleg. c. 2. No-
 de vacante verba; cum nusquam inveniat in cautum in jure, quod Capitu-
 lum vacante Sede fungatur vice Episcopi in collationibus præbendarum
 Respondemus Nos cum alijs, ut Archidiacon. in c. 1. de major. & obed. in
 Bellam. conf. 20. num. 13. alijsq; alleg. supra. satis constare jure esse cau-
 tum, Sede Vacante succedere Capitulum Episcopo in beneficiorum
 collatione necessaria & debita. Primò; Quia succedit in omnibus ne-
 cessarijs Gloss. in Clement. 1. §. 1. verb. Capituli. de heret. comm. appropria-
 ta; Garc. d. loco. num. 60. Rota decis. 6. de rer. permut. in novis. num. 1.
 & in omnibus quæ sunt de justitia. Archid. d. loc. Bellam. d. conf. Se-
 cundo; dicitur in d. c. cum olim. 1. de major. & obed. succedere Capitu-
 lum in confirmatione electi, eâ ratione, quia est necessaria & debita. Et
 eadem militat in collatione necessaria & debita. Ergo jus debet esse
 idem. sec. illud quesitum. 32. in princ. ff. ad Reg. Aquil. Dd. ceteri in
 pra. Tertio; dicit d. c. 1. de instit. in 6. posse Capitulum præbendam
 instituere, licet non conferre beneficia; facit ergo distinctionem inter
 collationem liberam, & necessariam seu non liberam; qualis est, quæ
 fit præsentatis. Institutio enim dicitur collatio non libera. Decius c. 1.
 121. num. 1. Garc. d. loco. num. 63. & 65. & Gloss. ad d. c. 1. verb. si capitulum

2 Ex dictis patet necessariam quidem Beneficiorum Collationem
 pertinere Sede Vacante ad Capitulum; non verò gratiosam: Ea enim
 futuro Successori est reservanda. Quo respectu dicitur vulgo Bene-
 ficiorum collationes esse in fructu. ut notat in c. cum vos. de offic. jud. ord. in
 Poveri

Corvi
 De Pers
 et Benefic. E

G

32

Potest etiam Capitulum Sede vacante Ecclesia praeficere Oeconomum & Administratorem, eamque commendare, donec fuerit ei de Pastore provisum. *d. c. cum vos.* Nec tamen propterea futuro Episcopo quid generatur incommodi. Poterit enim Is, post sui confirmationem revocare eum Oeconomum vel Commendatarium. Nec is potest beneficia vacantia conferre. *c. ult. in fin. de suppl. neglig. Pralat. in 6. Datis d. loco in fin. vid. tit. de offic. & potest. Capit. Sede vacante in Tract. nostro de person. Ecclesiast.*

TITULUS IX.

De Propontifice, seu Vicario, an Vice Episcopi conferat.

SUMMARI A.

1. Vicarius Generalis *rendi facultas debet esse Episcopi non confert Beneficia nisi ex mandato speciali.*
 2. Cur non.
 3. Data Ei conferendi potestate an potest praesentare.
 4. Potest confirmare Electos.
 5. Facere collationem necessariam.
 6. Et liberam.
 7. Data specialiter conferendi facultas debet esse generalis.
 8. Qua illa.
 9. Vicarius Generalis qualis esse debeat, ut ipsi concedi possit conferendi facultas.
 10. An conferre possit extra diocesim.
 11. An extra diocesim potest fieri praesentati institutio.
 12. Quibus recte conferat Vicarius Generalis.
- [L] 13. Quid

mus
onis
celesina
IV.

13. *Quid dicendum de* 15. *Quid dicendum de*
Ejus Substituto. *caro Papa.*

14. *Quid si fuerit Vicari-* 16. *An certi beneficii con-*
us revocatus. *ferendi facultas concedi*
possit.

Videndum nunc, an *Vicarius Episcopi Generalis*, vice Episcopi
 habeat jus Beneficiorum conferendorum.

1 Dicimus esse certi juris illum Beneficiorum conferen-
 dum Jus habere nullum. *c. ult. de off. Vicarii.* Nisi ei ca-
 cultas specialiter ab Episcopo sit concessa *c. ult. & ibi Dd. eod. in 6. Dicitur*
tract. de benef. lib. 3. cap. 7. Dartis. d. tract. sect. 3. cap. 10. Sebena. Sironi
part. 2. cap. 12. aliq.

2 Cum enim ea quæ meræ sunt gratiæ expedire, non possit Vicarius
 & beneficiorum collatio, sit donatio quadam, *c. relatum. de præbenda*
post electionem. de concess. præbend. quæ non venit in concessione gene-
 li, seu mandato; nec generaliter mandare valeat is cui bonorum ad-
 ministratio, etiam libera, est concessa; *l. contra jur. 2. §. si filius. l. 1.*
de pactis. l. si iusfamilias. ff. de donation. d. c. ult. ideo, nisi beneficiorum
 collatio concessa sit specialiter, Vicarii seu Officialis conferre non po-
 sunt: *d. c. fin.* Ut nec præsentare beneficium, ad præsentationem Episcopi
 pertinentens. *Lambert. de jure patronat. 2. part. 2. lib. 2. qu. 4. art. 1.*
num. 2.

3 Imò data conferendi potestate, non potest præsentare; Aliud
 enim est conferre, aliud præsentare. *c. cum in illis. de præbend. in 6. No-*
clausula sit adjecta generalis. Imola in c. fin. de concess. præbend. in 6. in p.
Garcias. tract. de benef. part. 5. cap. 8. num. 81.

4 Potest tamen Vicarius, (cum ea expediat quæ necessitatis & utilitatis
 sunt) confirmare electos, & instituere præsentatos. *c. ex frequen-*
tus. de institut. Gloss. in d. c. ult. de offic. Vicarii. in 6. verb. non possunt. Do-
man. sing. 601. Prob. ad Monach. ad d. c. ult. num. 4. Zerola in pract. Episcopi
verb. Vicarius. num. 14. Zechus de benefic. cap. 2. vers. Vicarius etiam. et
am sine speciali mandato. ut refert. Garc. d. loc. num. 87. cum seq.

Corvi
 De Pers
 et Benef. E

G

32

Potest etiam Vicarius ex generali mandato beneficia conferre nominatis, aliamque facere qualemcunque collationem necessariam. *Prob. ad Monach. in d. c. fin. num. 5. Garc. d. loc. num. 109.*

Potest, & facere gratiosam seu liberam. *ut inc. fin. de offic. Vicarii in 6. ubi Dd. Garc. d. loc. num. 112.*

Speciale tamen illud mandatum non ita est intelligendum, ut debeat restringi ad certa aliqua beneficia vacatura, vel ad conferendum certis personis: Non enim valeret hoc, sed solum in eo exprimi debet specialiter, quod ei detur beneficia conferendi facultas specialiter. Quae tamen debet esse generalis. *Rota decis. 5. de offic. Vicarii. in novis. Gloss. in c. presenti. §. prohibemus. verb. cujuscunq;. de offic. Legati. in 6. & ibi Dd. Rosiniac. tract. de benefic. cap. 10. num. 5. Garc. d. loc. num. 113.*

Generalis censetur, si data ad conferenda beneficia certi loci, seu certae dioeceseos parte; dummodo sint ibi beneficia plura: *sec. Rebuff. iii. de Vicariis Episcoporum. num. 23.* aut ad conferendum beneficia in certis mensibus vacantia; *Cuchus in Instit. major. lib. 2. tit. 8. num. 203.* aut simplicia tantum; aut curata tantum; aut certi valoris, aut vacantia per mortem vel resignationem. *Rebuff. d. loc. Garc. d. loc. num. 114.* Non sufficit mandatum cum libera. *c. fin. de offic. Vicar. in 6. Garc. d. loc. num. 118.*

Debet Vicarius, cui hanc facultatem concedere vult Episcopus, esse, ut dictum, *Generalis, Franc. in d. c. fin. de offic. Vicarii. Rebuff. d. tit. c. num. 15. Covarruv. lib. 3. var. resolut. cap. 20.* non tantum in spiritualibus, sed & temporalibus, secundum *Rotam d. decis. 5. num. 2. Milvan. in rept. verbo Vicarius Episcopi. Rebuff. d. tit. num. 18. Bonifac. in Clem. & si principalis. de rescript. num. 26.* Secundum *Garciam d. loc. num. 112.* sufficit ut sit Vicarius Generalis in spiritualibus; cum beneficiorum collatio sit spiritualis: & Vicarii etiam Generales in spiritualibus appellantur in Concilio Tridentino *sess. 13. de reform. cap. 1. 2. 3. & 4. & Brevibus; teste Marchesano de commission. par. 2. cap. 6. de commiss. appell. num. 38. & Bullis Pontificiis. teste Flamin. Parisio, de resignat. lib. 8. quest. 7. num. 107.*

Qui Vicarius poterit, perinde ut Episcopus, conferre beneficia etiam

MUS
ONIS
celesina
IV.

iam extra dioecesi. *arg. c. statutum. 3. de prebend. in 6. Roa. decis. 4. ult. de offic. Vicarii. in antiqu. Rebuff. in forma Vicariatus. num. 227. Ro. fin. d. de benef. cap. 18. num. 6. Covarruv. d. lib. 3. cap. 20. num. 8. Cuth. d. tit. 8. num. 98. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Beneficia. §. 9. part. 2. eod. verb. §. ult. Est enim Beneficiorum Collatio jurisdictionis voluntaria, quae exerceri potest extra territorium; l. 2. ff. de offic. Proconf. Dd. in c. novit. de offic. legat. Jason. in l. si per errorem. 15. num. 68. de jurisdic. licet sit delegata; Garc. d. loc. num. 129.*

11 Sed dubium; An sicut Beneficiorum collatio tam per Episcopum, quam per Vicarium fieri potest extra dioecesi, possit etiam eam fieri presentari institutioni seu electi confirmatio. Variæ hinc a sibi Canonistarum sunt sententiae. Negant fieri posse, Joan. And. in fin. de offic. Vicarii in 6. Cardin. & Abbas in d. c. novit. de offic. legat. Quia hac causa desiderant cognitionem. ut in c. fin. de elect. in 6. Affirmant Bald. in d. l. 2. ff. Boer. decis. 30. Sbrocius tract. de Vicario Episcopi lib. 2. qu. 113. quia institutio & confirmatio, etiam sunt jurisdictionis voluntariae. Distinguentium putat Domin. in c. d. c. fin. de offic. Vicarii. in 6. num. 1. inter confirmationem seu institutionem, quae in contradictione fit, et collatio, quia ventilatur iudicium inter partes: & eam quae in tali iudicio fit; ut quia comparuit nullus ad contradicendum. Illam, quae debet fieri in forma definitivae sententiae, not. Gloss. in c. fin. ver. in. an. de elec. in 6. putat fieri non posse extra territorium, nisi iudicis territorii, & partium litigantium consensu: Hanc putat fieri posse, extra territorium quia & sine causa cognitione. Consent. Lopus post Joan. And. in d. de Innoc. in c. fin. celebrat. de Clerico excomm. vid. Garc. d. loc. num. 241.

12 Vicarius generalis facultatem beneficia vacantia conferendi habens, recte ea conferat quibusvis personis idoneis, praequam ipsi Episcopo, cuius vice fungitur. c. 2. de consuet. in 6. Rebuff. in praxi in forma Vicariatus. num. 82. & seq. Duar. d. tract. de benef. lib. 3. cap. 7. Cum ne una & eadem persona esse intelligantur, inter eandem accipientem beneficium nihil interesset; Quod videretur absurdum: c. 2. de instit. Ideoque & de Vicario, conferente inhabili, non fiat, de reprobatione ad Episcopum. d. c. 2. c. Romana. de appellat. in 6. Rebuff. de nominatione. qu. 14. num. 170. Corras. d. tract. de benef. part. 2. cap. 8. num. 6.

Corvi
De Pers
et Benef. E

G

32

Nisi conferat ut deligatus. c. si promissarius. de elect. in 6. Garc. d. loc. num. 104.

Substitutus tamen à Vicario substituendi potestatem habente, 13 substituendi Vicario conferre potest, cum ab Episcopo magis, quam à Vicario intelligatur substitutus. l. item eorum. 6. §. 1. ff. quod cuiusq. univ. nom. c. 1. §. 1. de procurat. in 6. Rebuff. in d. forma Vicariatus. num. 77. & 80. Duar. d. loco Corras. d. cap. 8. num. 7.

Unde etiam substitutus à Vicario, habente resignationes recipiendi & beneficia conferendi potestatem, cum eadem potestate potest conferre beneficia Substituentis resignantis. Rebuff. in d. forma Vicariatus. num. 80. & consil. 86. Garc. d. loc. num. 147.

Nec tamen potest Vicarius Episcopi, alium substituere Vicarium. c. Clericus. de offic. Vicarii. Gloss. in c. 1. eod. in 6. & ibi Dd. Felin. in c. 3. perpetuus. num. 3. de fide instrum. Zechus de Republ. Eccles. cap. 23. de Vicario Episcopi. §. secundo numero. 4. vers. 8. Garc. d. loc. num. 148. cum seqq.

Quod si Vicarius conferendi facultatem habens fuerit revocatus 14 collatio ab eo, revocationem ignorante, facta, est valida. Dd. ad l. si forte. 16. ff. de offic. Præs. Innoc. in c. ex conquestione. de restit. spoliat. Felin. in c. ceterum. sub num. 11. & c. Abbate. de rescript. Selva de Benef. 2. part. qu. 14. num. 9. aliiq. alleg. per Garc. d. loc. num. 174.

Similiter beneficium Collatio facta ab Episcopi Vicario, sed per eius mortem revocato valet, si eam ignoraverit Vicarius. Putens decis. 370. Mubedan. decis. 29. de renunc. Garc. d. loc. num. 175.

Et tamen inter revocationem factam per Episcopum, & factam per ipsius Episcopi mortem aut aliam Episcopatus vacationem, differentia: In primâ requiritur intimatio præcisè; Rebuff. in d. forma Vicariatus. ex num. 210. Boer. decis. 347. Cuckus Inst. Jur. Can. Major. lib. 2. tit. 8. an. 145. Non in secunda. Ea enim, licet non intimata, habet suum effectum. Felin. in c. ex parte Decani de rescript. in 6. num. 19.

Quod diximus Vicarium Episcopi absque speciali mandato non posse conferre beneficia, etiâ procedit in Vicario Papæ. arg. c. fin. de offic. Vicarii. in 6. Abb. in c. pen. de off. Vicar. num. 5. vers. quarto. 2. Franc. in d. c. fin. num. 6. Garc. d. loc. num. 182. Licet sit Cardinalis. Rebuff. in d.

mus
omnis
ecclesia
IV.



forma Vicariatus. num. 61. & 63. Gambar. de offic. Legati. lib. 3. num. 70. cum seqq. Aneas de Falcon. de reservation. 2. parte. qu. 1. num. 2.

16 Tractari solet, an Episcopus certi tantum beneficii conferendi facultatem concedere possit suo Vicario. Si de beneficio jam vacante loquamur dubitationem habet nullam. Si verò de non vacante, dicimus non posse. Idque ne Concilio Lateranensi fiat fraus. Quippe eo Beneficiorum nondum vacantium collatio prohibita tanquam votum captandæ mortis alienæ inducens. c. nulla. de concess. preb. Dum d. loc. in fin. vide Titul. de Vicariis. Tract. nost. de person. Ecclesiast.

TITULUS X.

De Conductore Beneficiorum.

SUMMARI A.

1. Conductor reddituum non confert Beneficia. 2. Præsentat.

1 **H**X eo quod titulo præcedenti diximus Beneficiorum Collationes censeri esse in fructu, quæritur: An reddituum & conventionum Episcopaliū Conductor conferre possit Beneficia. Solent enim inquit Duareus tract. de Benef. lib. 3. cap. 1. (loquens de Gallis) Antistites nostri temporis, novo more ac vicesibus incognito, muneris sui impetratu vacatione, Ecclesiarum sibi conditarum redditus omnes fruendos locare aliis.

Et videtur non posse; cum id ne Vicario quidem Ipsi liceat, nisi specialiter sit concessum: ut præced. tit. dictum.

2 Justamen præsentandi habet. Quia præsentatio non est jurisdictionalis, ut Collatio, sed prophani. Et præsentare poterit, sive sit Conductor ad longum tempus, sive ad modicum. c. ex literis. de jure patron. Quia utroque casu eadem subest ratio; Quod nempe conductor fructus suos faciat.

Nec adversatur c. cum Bertholdus. de sens. & re. judic. Quia dicitur

Corvi
De Pers
et Benef. E

G

32

hereditor, qui rem tener pignori, non habet presentandi jus; quoniam tenetur restituere fructus omnes ex re pignorata perceptos: Nec enim, ut Conductor; eos facit suos. *c. cum contra. de pignor. & c. 1. de usufr. Darius tract. de benefic. sect. 3. cap. 12.*

TITULUS XI.

De Possessore Juris conferendi.

SUMMARIA.

- 1. Possessor juris conferendi confert.
- 2. Ab eo provisus praefertur proviso a proprietario.
- 3. An omni.
- 4. Quid si facta reservatio.
- 5. Quid dicendum de male fidei possessore.
- 6. Quid si hoc casu contulerit proprietarius.
- 7. Quando Collatio proprietarii non possidentis valeat.
- 8. Quid si sint plures in possessione presentandi.
- 9. Eam non mutat Apostolica provisio.

Qui jus non habet conferendi, conferre potest, si in eius sit **1** quasi possessione; licet non habeat proprietatem. *c. cum olim. de caus. posses. c. querclam. de elect. c. consultationibus. de jure patronat.* Nam collatio, presentatio, electio, pertinet ad eum, qui est in quasi possessione horum jurium; cum sint, ut dictum, eorum fructus; qui ad bona fidei spectant possessorem, non ad Dominum. *l. bona fidei emptor. ff. de acquir. rer. dom. §. si quis à non domino. Inst. de rer. divis. & acquir. ear. dom. Abb. Bellam. & alii. in c. gravis. de restit. spoliat. Covarr. lib. 1. var. resolut. cap. 3. num. 6. & 7.*

Unde provisus, presentatus, vel electus à possessore, praefertur **2** provi-

*ius
quis
ecclesia
IV.*

provisio, &c. à proprietario. c. querelam. de elect. d. c. cum olim. c. cum
Ecclesia Sutrina. de causis. poss. d. c. consultationibus. c. ex literis. de iure pa-
tronat. & ibi Dd. maxime Abbas. aliis. quos alleg. Garcias tract. de benef.
part. 5. cap. 5. num. 4. cum seqq.

3 Intellige proprietarium, de cuius proprietate non plene constituitur
Alias secus. Quia proprietate absorbet possessionis causam. c. cum de
fectus. de causa possess. Abb. in c. consultationibus. de iure patron. num. 5.
Ripa in d. c. cum Ecclesia Sutrina. num. 132. Garcias d. loc. num. 4. 5.

4 Ut & secus, si facta reservatio. Rota decis. 4. de prebend. in antiq.
Simoneta de reservation. qu. 44.

In beneficiis enim reservatis, possidens beneficium, etiam cum
bona fide, ex provisione Ordinarii; fructus non facit suos. Simoneta
d. qu. 44. & ibi Granut. Gigas. de intrusio. num. 5. Et contra Intrusum,
nisi à Papa habeat titulum, fit, ab intrusionis die, fructuum condemna-
tio. Joan. Paul. decis. 37. & 120. Bellam. in c. gravis. de restit. spolia.
Pontan. de spolio. lib. 4. num. 24. Garc. d. loc. num. 24. cum seqq.

5 Mala fidei possessor, si contulerit beneficium, irrita est collatio.
Nec enim facit fructus suos. d. c. gravis. ubi Abb. Bellam. de restit. spolia.
alii. & in c. conquerente. eod. l. si fundum. l. certum. C. de rei vindic. §. si
à non domino. 35. Inst. de rer. divis. & ibi Dd.

6 Sed, si hoc casu, contulerit proprietarius qui non possidet, an
collatio valeat quaritur. Verior sententia est, non valere. Cum autem
ritate propria in auctorem spoliare non debuerit. c. in literis. de restit. spolia.
fiat. & ibi Innoc. Abb. in c. consultationibus. num. 9. de iure patron. & ibi
cum Ecclesia Sutrina. num. 53. & ibi Imola in fin. de causis. poss. Dicitur
de benef. lib. 3. cap. 9. Dissent. Innocent. in c. Cumana. de elect. num. 1.
6. Lambert. de iure patron. in 1. parte. 2. lib. qu. 3. art. 7. & 19. Casus
pract. resolut. cap. 36. num. 6. circa fin. Ferret. conf. 135. num. 2.

7 Collatio autem, presentatio, vel electio, facta à proprietario, qui
non est in possessione, valet, si nullus alius est in ea. fac. c. in antea. de
cum simit. de elect. Innoc. & Abb. in d. c. Cumana. Idem Abbas in d. c. cum
Ecclesia Sutrina. num. 53. & in d. c. consultationibus. num. 53. item in
Rochus de iure patron. verb. competens. qu. 20. num. 7. Lambert. de iure
patron.

Corvi
De Pers
et Benef. E

G

32

patron. in 1. parte. 2. lib. 9. qu. 8. art. Rebuff. in d. c. cum Ecclesia Sutrina. ad fin. vers. circa tertiam.

Quod si sint plures in quasi possessione presentandi, unius presentatio sine aliis, licet sortita effectum, non privat alios quasi possessione presentandi, sed magis illam conservat. Ferrer. conf. 132. Caputaquen. decis. 292. 366. & 419. part. 2. Rota decis. 229. num. 5. Refer. Garcia. d. loc. num. 115.

Nec mutat statum seu quasi possessionem juris patronatus, seu conferendi, Provisio Apostolica. Aegid. decis. 107. Achilles decis. 326. Rota decis. 545. num. 3. part. 1. Refer. Garcia d. loc. num. 118.

TITULUS XII.

De Sequestro, an conferat.

SUMMARI A.

- | | |
|----------------------|----------------------------------------------------|
| 1. Sequester quis. | 5. Quid ex consuetudine. |
| 2. Quis Voluntarius. | 6. Earejicienda; & Cur. |
| 3. Quis Necessarius. | 7. Sequester qui vult conferre qualis esse debeat. |
| 4. An conferant. | |

AN Sequester, si, pendente Sequestro Ecclesia, vacet beneficium pertinens ad electionem vel presentationem Ecclesia sequestrata, Beneficia conferre possit, Juris etiam est controversi.

Sequestrem vocamus eum, apud quem res controversa deponitur, ut lite & controversia finita, restituatur victori. l. sequester. 209. ff. de verb. signific. l. ei apud quem. §. 1. cum l. seq. ff. de positi.

Est vel Voluntarius, vel Necessarius. Est, apud quem duo de victoria, aut dere aliqua contendentes, mutuo consensu rem certam deponunt, ut eam victori tradat. Est Juxta Sponsonis. Appellabatur à Veteribus, Sequester & Sicullus. Macrobian. Saturn. lib. 3. cap. 17. Aul. Gell. lib. 10. Noct. Atticar.

[M]

Hic

mus
quis
ecclesia
IV

3 Hic est Index, a quo quem litigantes de re certa eam, volente
dice; sive altera parte petente, sive utraque contradicente, deponant.

4 Quiritur, An uterque conferendi beneficia jus habeat? Dubi-
tationem facit, quod Sequester aliquando possideat, quandoque non
Possidet, quando is qui deposuit, dimittere apud eum possessionem pro-
luit; *l. interesse, 39. ff. de acquir. vel amittend. possess.* Hoc est, rem an-
mo dimittenda possessionis, tradidit. *Duaren. tract. de benef. lib. 3. cap. 13. Dis-*
10. *Quod in dubio non praesumitur; Quia, eo casu, praesumendum*
est, custodia causa possessionem esse sequestratam: *arg. l. 3. §. fin. l. 4.*
ead. Non possidet, si ea mente res deposita non est. Cum autem, ut
precedente titulo dictum, is qui possidet Beneficiorum conferen-
tum habeat potestatem; ex eo sequitur, ut eo casu quo Sequester non
possidet, conferre non possit; *Dart. tract. de benef. sect. 3. cap. 13. Dis-*
Duaren. d. loco. Et totam questionem esse in Sequestro qui possidet.

Hunc nonnulli Interpretes, ut *Selvat. tract. de benef. 2. parte, cap. 3.*
Rebuff. de nomination. qu. 14. num. 127. cum seq. Probus ad Monachum
inc. nullus. de probat. in 6. num. 5. Petr. Gregor. de benef. cap. 3. §. 8. num. 11.
sed male, negant posse praesentare & conferre. Cum apertissime *Clem.*
un. junct. Gloss. in verb. Beneficium. de sequestr. possess. definit Beneficium
um sequestrari, non simpliciter ejus fructus, & Sequestrum qui possidet
jura beneficium & Beneficiati exercere. *Dart. d. loco.*

Nec obstat quod Collatio Beneficiorum sit in fructu: ut dicitur
Innoc. Joan. Andr. Imola. num. 7. in c. examinata. de judic. Corvin. num. 29.
Bonifac. num. 69. in d. Clem. un. Felin. in c. Bertholdus. num. 29. de
judic. aliq. Et quod Sequester fructus non suo percipiat nomine, sed
alieno, *c. cum Bertholdus. de sent. & re jud. qui quandoque referuntur*
di victori: *d. Clem. un. Garcia. tract. de benef. part. 5. cap. 6. num. 5.*
Nam haec accipienda de fructibus qui servari possunt: At Beneficiorum
collationem differre, donec controversia acceperit finem, non
permittit Ecclesiae favor; qui non patitur Ecclesiam diu Pastoris pro
defectum; *c. ne pro defectu. de elect.* Nec ulla est alia horum fructuum
restituendorum ratio.

5 Scribit Rebuffus *in tract. Nomination. qu. 14. num. 16.* obtinere
hodie ex consuetudine, ut lite pendente uterque ex litigantibus contine-

Corvini
De Pers
et Benefic. Ecc.

G

32

rat, & deinde obtineat is, cui ab eo qui vicerit, collatum fuerit Beneficium.

Quæ sententiæ rejicienda. Vigente enim eâ; si lis protraheretur 6
 diu, & in Ecclesiâ damnium, differrentur diu Clerici ordinatio.

Nec obstat *d. c. cum Bertholdus*. Quia idè ibi non tenet ordinatio, à creditore qui tenet rem pignoris nomine facta; quoniam superest persona legitima; verus nempe Dominus & certus, qui præsentare potest: quod non hoc casu pendente lite. *Duar. & Darius d. loco, in fin. Barbata 68. in d. c. examinata. de judic. Felin. in d. c. cum Bertholdus. Lambert. tract. de jure patron. part. 1. lib. 2. qu. 9. art. 3. Corraf. de benef. 2. part. cap. 6. Didac. Perez. in lib. 1. tit. 10. alleg. Garcia d. loc.*

Contra dictam responsionem insurgit Sahagun. *in c. fin. de sequestrat. poss. num. 62. fidens c. ex litteris. de jure patronat. ubi licet, erat verus Dominus, qui præsentare posset; nihilominus præsentat conductor, & in præsentatione non præfertur vero Domino. Respondemus cum Doctoribus. ad d. c. ex litteris. Ideo in d. c. ex litteris. præsentare conductorem; quia erat conductor ad longum tempus, seu potius Emphyteuta, qui utile habet dominium, & sic ad eum transit jus patronatus, cum bonorum universitate. Garc. d. loc. num. 9.*

Unde in conductorem ad tempus modicum non transit jus præsentandi etiam cum universitate; ut, contra Cardin. & Abb. in d. c. ex litteris. docent Paul. de Castro cons. 57. Felin. in d. c. cum Bertholdus num. 29. Rebuff. de nomination. qu. 14. num. 122. Zechus de benef. cap. 12. num. 12. aliq. alleg. per Garcian. d. loco num. 10. etiam si inter conductorem & Dominum aliter fuerit conventum. *Garc. d. loco. num. 11. Rota decis. 709. part. 1. diversor. Diss. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. j. patronatus. §. 8. dub. 18.*

Quod autem diximus Sequestrum conferre posse Beneficia, intelligendum de capace, hoc est Clerico, non Laico. Nec enim possunt Laici tractare spiritualia. *c. 2. de judic. c. causam. de prescription. Prob. ad Monachum in c. nullus. num. 5. de tempor. ordin. in 6. num. 6. in fin. Zechus d. c. 2. vers. sequester etiam.*

mus
 omnis
 ecclesiam
 IV.



TITULUS XIII.

De Laicis, an possint conferre Beneficia

SUMMARI A.

- | | |
|--------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------|
| 1. <i>Qua circa Episcoporum Electiones Populi potestas olim. & num. 3.</i> | 4. <i>Prævaluit semper in Ecclesiasticorum.</i> |
| 2. <i>Quid statutum in Francia.</i> | 5. <i>Cur olim in Episcoporum Electionibus inter venerint Laici.</i> |
| 3. <i>Interdum sufficiebat populi consensus tantum, aut nuda postulatio.</i> | 6. <i>Postea Jus hoc illis ademptum.</i> |
| | 7. <i>Cur.</i> |

Errum tamen est Episcoporum Electiones aliquando factas fuisse à Clero & Populo simul, vel cum Cleri & Populi consensu. *can. Episcopos. 13. can. quanto. 10. can. literas. 14. can. plebs. 11. can. Cleri. 26. dist. 60. can. sacrorum. 34. dist. 63. can. Nicephor. Calixtus. histor. Eccl. lib. 8. cap. 14.* Imò passim Canonum Conciliorum præcipiunt etiam Metropolitanorum electiones fieri Comprovincialibus Episcopis cum consensu Cleri & Populi: *ut in 7. Concil. 2. Aurelianens. & can. 3. Aurelianens. Consent. can. Metropolitana 19. dist. 63. can. Concil. Carthagen. 14. can. 8. Parisiens. can. 11. Cabilonens.*

Unde cap. 78. *Legis Franciæ* statuitur, electionem Episcopii Clero & Populo secundum statuta Canonum esse faciendam. Dicit Gregorius Turonensis *lib. 4. cap. 6. & 7. histor. Franc.* hæc verba: *Episcopi dicebant Catoni Presbytero, videmus, quia te elegit pars maxima populi, veni, consenti Nolis, & benedicentes consecremus te ad Episcopatum.* Quæ & observata olim testantur, D. Chrysostomus *lib. 3. de Sacram.*

Corvi
De Pers
et Benefic

G

32

ditio. D. Cyprianus lib. 1. epist. 4. Et idem voluisse Bonifacium III. restatur Platina in eius vita.

Et fuita populi Electio, Aliquando consensus tantum; ut patet 3
ex canon. supra allegat. & can. nosse. 12. dist. 63. Ivo Carnotens. epist. 181.
Aliquando vero Electio; ut apud Socratem histor. Eccles. lib. 7. cap. 26.
Cassiodor. in histor. Tripart. lib. 12. cap. 3. ubi referunt; Cum Con-
stantinopoli in Electione Sisinnii, qui successit Attico, esset inter Cle-
rum & populum disensio, Clerum unum, alium Laicos optantes Epi-
scopum, horum pravaluisse studium in Sisinnio, eumque designatum
fuisse ab Episcopis: Aliquando tantum nuda postulatio: ut in can. 1.
dist. 62. Sic Populus Mediolanensis petiit sibi designari D. Ambrosium;
Theodoret. histor. Eccles. cap. 6. lib. 4. Sozomen. hist. Eccles. cap. 14. lib. 6.
Nicephor. Calixt. hist. Eccles. lib. 11. cap. 32. Constantinopolitanus Ne-
starius: teste Socrate histor. Eccles. lib. 5. cap. 8.

Semper tamen in promotionibus Episcoporum, Laicorum jure, 4
Ecclesiasticorum fuit jus majus: Siquidem facta Electione à Clero, id
est, à Presbyteris (non ab Episcopis) à Populo, aut Episcopi accede-
bant, vel Clero, id est, Presbyteris, vel Populo, id est, Laicis: can. Va-
lentinianus dist. 63. Apud Socratem d. lib. 7. cap. 26. cum Clerici unum
eligerent, Laici alium, hunc designarunt Episcopi: Similia apud Eun-
dem d. lib. 6. cap. 2. Theodoret. histor. Eccl. cap. 27. lib. 5. Sozome-
num lib. 8. cap. 2. Aut Superiores, id est Metropolitanis, can. 4. & 6. Con-
cilio Nicani can. Episcopi, can. illud. dist. 640. Item can. 12. Synodi Lao-
dicena. can. 8. Ephesine. can. extra. can. quia per ambitionem. d. dist. 64.
can. non debet. can. Episcopus. dist. 65. vel Primates, can. 12. Conc. Car-
thagin. II. can. de persona. can. placet. dist. 65. & can. 6. & 7. Conc. Nic-
eni I. confirmabant Electiones jam dictas: Quinimò nonnunquam so-
lus Civitatis Clerus eligebat Episcopum. Teste D. Hieronymo epist.
85. ad Evagrium. Quod & servatur hodie. A Collegio enim Cano-
nicorum Cathedralis Ecclesie hodie fit electio Episcoporum ritu & or-
dine ab Innocentio III. in c. quia propter. de elect. definito.

Ratio autem, cur Laici olim in Electione Episcoporum interve- 5
nerint, non fuit una. 1. Judicabatur hoc rationi consentaneum: can.
nuda. 1. dist. 62. 2. Poterant de vita & moribus Episcopi testimonium
ferre:

[M] 3

PLUS
OMNIS
CELESIA
IV.

ferre: 3. Ostendere hunc sibi esse gratum, ejus propterea electioni consentire, *can. nosse. c. cum longe. cum duob. seqq. dist. 63.* 4. Ne Episcopum non optatum aut contemnerent; aut odio haberent: *can. forte. ult. d. dist.* Et sic ille in grege Christi nihil aut parum proficeret. 5. Ne qua postea retractatio cuipiam, ne quis scrupulus resideret. *can. 13. de cet. 8. qu. 1.*

6 Sed, cum ex tali electione multa & maxima consequerentur in commoda, jus illud Populo postea est ademptum: *c. Sacrosancta. 51. c. Messana. 56. de electione.* & prohibitum per Populum Electiones fieri Episcoporum & Sacerdotum: *can. 2. Synodi Laodicene. can. 2. Synodi Nicene II. can. non est. 6. can. nullus. 1. can. omnis. 7. can. non licet. 8. dist. 63.*

7 Et rectè: Cum enim jus istud Electionum olim niteretur potius consuetudine; & Consuetudo servanda sit deficiente Legge; *l. de quibus. 32. l. diuturna. 33. ff. de Legib. non ea vigente. l. 2. C. qua. filius ga. consuet. sequitur eam, cum non deficiat Lex, imò repugnet, non amplius esse servandam.*

Maximè, cum Lex illa optimo nitatur jure; Nam cum Personæ Ecclesiasticæ sint sacræ; & ministerium Eorum, propter quod conceduntur beneficia, sit sacrum & spirituale; consequens est, ut ipsa beneficia sint spiritualia, & eorum quoque distributiones sacræ & spirituales & proinde nec per Laicos obtineri debeant Ecclesiæ: *c. decernimus. judic. Darris tract. de benefic. sect. 3. cap. 14. vid. Nostr. Tract. de person. Eccles. tit. de elect. Pralat. nec jus conferendorum Beneficiorum, quæ cetera spiritualia jura præscriptione acquirere possint Laici. c. canon. qua. de præscription. nec adversatur c. cura. de jure patron. Loquitur enim de Ecclesiâ, quæ à Laicis donatur loco religioso jure proprietatis non de ea quæ conceditur administrationis jure. Darris d. loco.*

Corvi
De Pers
et Benef. E

G

32

TITULUS XIV.

De Imperatorum & Regum Jure in Beneficiorum Collatione.

SUMMARI A.

- 1. Jus conferendi competit Regibus.
- 2. Quid circa Electionem Pontificum servatum olim ab Imperatoribus Romanis.
- 3. A Regibus Italia.
- 4. Ab Imperatoribus Franci.
- 5. Galliarum Reges olim constituerant Episcopos.
- 6. Ut & Reges Angliae, aliq.
- 7. Cum ratione.
- 8. An jure, & quo.
- 9. Postea Ecclesiis Electiones libera concessa: Et à quibus.
- 10. In Galliis electionibus sublatis, successit jus Nominationis.
- 11. Habent & illud Reges alii.
- 12. Quid statuerint Synodorum canones.

Diximus in precedenti titulo Beneficia conferendi jus com-
 petuisse Populo. Rationes addidimus. Quae omnino militant
 & in Imperatoribus & Regibus; imò multò magis; (Quo-
 rum enim magis interest Episcopos non habere invidiosos &
 invidios? Qui de eorum vita & moribus fidelius possunt dare testimoni-
 um. Cum illorum sit virtus maxima nosse suos.)
 Ideo & electioni Pontificum & Episcoporum se immiscuerunt
 Imperatores & Reges. Etiam volentibus Papis, Gregorio incan. quia
 igitur.

TITULUS
 XIV.
 De Imperatoribus & Regibus
 Jure in Beneficiorum Collatione

igitur. 9. dist. 63. Bonifacio III. *Platina in ejus vita. Leone IV. can. Platina. cum seq. d. dist. 63.*

Referunt Sozomenus *lib. 7. histor. Ecclesiast.* Nicephorus Callistus *lib. 12. histor. Eccles. cap. 12.* Imperatorem Theodosium nullis Sacerdotibus, ut eorum, quos ad ordinationem judicarent dignos, nomina inscriberent chartæ, reservatâ sibi ex iis omnibus unius electione, Theodosius junior, *testib. Socrate lib. 7. histor. Eccles. cap. 29. Nicephorus Callisto. lib. 14. hist. Eccles. cap. 31.* Nestorium quendam ad culmen Patriarchatus evertit, reprobatis Proclo & Philippo, à Clero designatis. Imò Imperator Honorius Bonifacio I. electo Pontifice & ab aliis Balilio, Româ abire utrumque coëgit, restituit tamen Apostolica Sedes ea Bonifacium. *Platina in Bonifacio I.* Docet Nicephorus *Gregorius lib. 8. hist. Eccles.* in Oriente invaluisse, ut quos Imperator velle Patriarchæ Constantinopolitani designarentur. Imò ex Blondo, Platina aliisque Historicis constat, Cleri ac Populi electionem Pontificum Summorum, habitam fuisse vanam, in eam Imperatores, aut eorum Exarchæ Italiæ confirmassent. Quod duravit usque ad tempora Constantini filii Heraclii, *Platina in vita Benedicti II.*

3 Idem jus usurparunt Ostrogothorum Reges Italiæ: Sic S. Silvester electus fuit Pontifex Theodato Ostrogothorum Rege jubente. *Gregorius. d. lib. 8.*

4 De Francis Imperatoribus est notum Adrianum Pontificem Carolo Magno ejusque Successoribus concessisse, quod & postea ab Adriani Successoribus est confirmatum, ut nullus Pontifex Romanus antequam Episcopus fieret, nisi quem Carolus & Ejus Successores servissent. *can. Hadrianus. 22. can. in Synodo. 23. can. Reatina. 16. cum seqq. dist. 93.*

5 In Galliis constat Reges sæpe vel in demortuorum locum constituisse Episcopos. teste *Gregorio Turonense. cap. 6. 7. 18. lib. 4.* vel electionibus consensum adhibuisse. Concilium Aurelianense V. *can. 11.* dicit; *Ut nullum Episcopatum donis aut comparatione licet adipsi, nisi cum voluntate Regis, juxta electionem Cleri ac Plebis, sicut in antiquis canonibus scriptum reperitur.* Simile continetur in Epistola Hincmar, ad Hugonem Abbatem teste *Flodoardo.* & non diu præscriptum in *Comitiis*

CORVINI
De Pers
et Benefic. E

G

32

Aurelianensibus Caroli IX. temporibus. *vid. & can. 39. hinc etiam. 16.*

Quod jus etiam sibi tribuerunt Reges Angliæ, teste *Mattheo Parisiense, in Henrico I. Habent Hispaniæ: ex can. 6. & 12. Concilii Toletani: can. cum longe. 25. dist. 63. Hungariæ: Naucler. generat. 37. Bald. in l. prescripta. 2. col. Cod. de precib. Imp. offer. Apuliæ, seu Neapolis. Gloss. in Summa. 17. qu. 7.*

Non sine ratione. Quippe potestati Regiæ subest tota politia Regni, cujus pars sunt Ecclesiæ. *can. Principes sæculi. 23. qu. 5. & Religio seu Sacerdotum jus. Et Princeps est totius Populi regis Quæstus*, in eumque omne jus, quod populus habet aut habere potest, est transfusum; Ergo & eligendi, nisi quod habuit populus. Dixit non absurde Imperator Constantinus Magnus Patribus Nicææ congregatis; *Vos intra, Ego extra Ecclesiam à Deo constitutus sum Episcopus.*

Sciendum tamen, cum in religione sit quoddam sacrum divinum & spirituale jus, illudque pendeat ab Episcoporum electione vel ordinatione; Reges Imperatoresque quod elegerint soli, id fecisse non jure suo, sed quodammodo extra ordinem, & Ecclesiæ beneficio; Elegerint vero cum Clero, aliqua ratione jure suo, non extra ordinem; quatenus Sacerdotum jus est publicum, & pertinet ad omnes. Ut & quod confirmarint & approbaverint electionem ante consecrationem & investiverint de feudis Ecclesiasticis, *can. quia sancta. 28. can. 29. cum Hadrianus. d. dist. 63. Cæterum interdictum ne quis per ordinationem Regiam ad honoris Episcopalis culmen pervaderet; can. 8. Conc. Parisiense, ex quo can. si per ordinationem. 5. dist. 63. can. 10. Conc. Aurelianense. 5. Vult tamen canon. vero. 10. d. Concil. Aurelian. 5. Cleri & Plebis consensui accedere voluntatem Regiam. Hinc Ivo Carnotensis episc. 238. ait; Reges nullum Jus habere aliud in Episcoporum electionibus, quam ut electos Episcopos de feudis & bonis temporalibus investiant; & hereticum esse dicit existimare, tribui aliquod jus spirituale per dationem & acceptionem virgæ.*

Ne ergo Reges & Imperatores, sui juris transirent fines, & sacramentum prophanis, Imperatores Carolus Magnus & Ludovicus Pius *e. lib. Capit. cap. 84. rel. in can. Sacrorum. 34. d. dist. 34. Ecclesiis electi-*

[N]

ones

JUS
QUIS
CELESIA
IV.

- ones permiserunt, liberas. Fecit idem in Galliis Philippus Augustus, & Ludovicus Sanctus; in pragmat. sanct. anno 1228. In Germania Fredericus III. In Galliis Carolus VII. recipiens Basiliense Concilium. anno 1438. Postea per concordata inter Papam Leonem X. & Regem Franciscum I. anno 1517. electiones fuerunt sublatae, & in Episcopibus, Monasteriis, & aliis Sacerdotiis, quibusdam exceptis, Nominatio jus Regibus Galliarum fuit attributum. *Dartis tract. de Benefic. lib. 3. cap. 13. Videatur Bochellus Decretor. Eccles. Gallic. lib. 7. tit. 3. per tit.*
- 11 Quod jus nominationis, teste Cromero, *lib. 2. histor. Polon. habent Poloni similiter: habent Angli, à tempore Edovardi III. testis lidoro Virgilio lib. 9. histor. Angl.*
- 12 Quapropter canon. 29. Apostolor. jubet deponi & segregari eos qui per Sæculares Magistratus adepti fuerunt Ecclesias, & *canone 2. Synodi VII. seu II. Nicenæ omnis electio, quæ fit à Principibus, & Magistratibus, judicatur irrita: can. omnis. 7. dist. 63. & canone 28. Synodi III. in Constantinopolitane IX. prohibentur Laici Principes vel Potentissimi Episcoporum se immiscere. can. nullus. 1. d. dist. 63.*

TITULUS XV. De Iuribus Regaliorum.

SUMMARIA.

- | | |
|---------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------|
| 1. Præter Jus Nominatio-
nis quod jus habeant
Imperatores hodierni. | 6. Consuetudine. |
| 2. Reges Arragonia. | 7. Quali. |
| 3. Angliæ. | 8. Ex auctoritate Regum |
| 4. Galliarum. | 9. Potius privilegio. |
| 5. Ejus Juris ratio, desu-
mitur ex fundatione. | 10. Competit solis Regibus. |
| | 11. Juri Regaliorum locum
Sede vacante. |

CORVINI
De Pers
et Benefic. E

G

32

12. *Vacat per promotionem Episcopi ad Cardinalatum.*
 13. *Ut Sedes Episcopalis vacare desinat, quæ requirantur.*
 14. *An Regi Jus Regaliorum competat in Ecclesiis Episcopales omnes.*
 15. *Juris Regaliorum quæ sint singularia.*
 16. *Solet Rex Regalia concedere Episcopis futuris: Et quid tum observantia.*

Rater dictum jus Nominationis est & aliud Jus, quod Imperatores Germaniæ, Reges Arragoniæ, Angliæ, Galliarum, habent.

Imperatores; quod possint in qualibet Germaniæ Ecclesia, unicum conferre Beneficium. *Specul. tit. de prebend. §. restat. vers. item nota. Boer. decis. 32. num. 8. Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 7. num. 21.*

Reges Arragoniæ; Concessit enim Petro Regi Arragonum Urbanus II. quod expugnasset & depulisset Mauros, decimas, primitias, & omnia beneficia Juris patronatus Ecclesiarum & Civitatum omnium, à quibus eiecerat fidei hostes, ut Ipse & Successores, exceptis Episcopatus, conferre possent in perpetuum quibus vellent. *Francisc. Tara. de Regib. Hispan. in Alphonso 6. Petr. Gregor. d. loc. num. 22.*

Reges Angliæ, habent hoc jus, (Regaliorum vulgo appellant) quod in quibusdam Ecclesiis cathedralibus regni sui, prebendas & alia beneficia earum, parochialibus Ecclesiis exceptis, Sede Vacante conferant; illoque tempore temporalia & fructus percipiant; *Gloss. antiqu. in §. item quod dicta. in verb. regalia. de anna. in Pragm. sanct. ad eosque pertinent beneficiorum collationes, quæ in fructu sunt; Gloss. in c. cum olim. de major. & obed. ut & præsentationes, electiones, & similia. Prob. in tract. de penson. 4. 28. part. 1. Petr. Gregor. d. loco. num. 20.*

Sed cum Reges Angliæ eo jure abuterentur, inter cætera capitula quæ Petrus Leonis Pontificis Romani Legatus pactus est cum Henrico II.

[N] 2 co II.

ius
 omnis
 ecclesiasticus
 IV.

eo II. Anglia Rege, hoc fuit, ut Archiepiscopus, Episcopus, Abbatia non tenerentur in manu Regis ultra annum. *Dart. tract. de benef. sect. 3. cap. 16. vers. hoc vero jus.*

4 Reges etiam Galliarum conferunt jure Regalia in certis Ecclesiis vacantibus, pendente vacatione, beneficia vacantia, ad earum collationem pertinentia, *Archidiacon. in can. Imperium. dist. 10. Specul. in tit. de Sede vacante. ult. column. ibi. item etiam Reges. Rufius in tract. Regalia in 1. part. pref. plura de orig. Regal. Corset. tract. de potest. Regal. qu. 1. omnia; exceptis Ecclesiis Parochialibus, & illis Præbendis exceptis, quarum collatio Vacante Sede devolvitur ad Capitulum. Papon. Prætor. Curia lib. 1. tit. 3. Qui dicit omnes Ecclesias eo jure conferri. *Dart. d. sect. & cap. in princ.**

Quod jus agitarum fuit sub Nicolao III. in Curia Romana. *Jan. Andreas in c. 2. post Joh. Monach. ibi num. 3. de præbend. in 6. Decret. Concilio Lugdunensi primum, cui præfuit Bonifacius IX. c. generalis. 13. de elect. in 6. post Basileensi probatum atque confirmatum. Sum. quod dicto. de annot. in Pragm. sanct. Et conservatum in Gallis. Et constat ex constitutionibus Regum: Philippi Pulchri Anno 1328. Philippi Valerii Anno 1334. Ludovici XII. Anno 1499. Postea confirmatum ad omnes Ecclesias Episcopales. *Arresto Generali Septemb. 1582.**

Præterea in dictis Ecclesiis vacantibus, Reges quamdiu vacantiarum percipiunt fructus, eis arbitrio suo utuntur, fruuntur, cuius propterea manus injiciunt, ponuntque eas sub tutela sua; *Bov. d. 12. num. 9. Duaren. de benefic. lib. 3. cap. ult. Dart. d. loc. vers. Hæc. & constituunt Oeconomum, qui fructus colligat, & eo modo recipiat quo viventes Præpositi facerent. *Petr. Gregor. d. loco, num. 19.**

5 Hujus Juris indicendi ratio desumi potest vel ex fundationis causa, *d. c. generali. 13. §. qui vero. de elect. in 6.* in qua qui fundat, vel dicit sibi reservare hoc potest, ut vacatione adveniente fructus faciat suos *can. Eleutherius. 18. qu. 2. c. præterea. 23. c. nobis. 23. de jure patron. in 1. que in Ecclesiis & Monasteriis, quæ Regia sunt fundationis, hoc potest legitima sunt regalia. Vel ex eo quod feudi regii sint Ecclesiæ, & sicut Præposito mortuo, feudum redeat ad Regem, ut & beneficia ex eo*

CORVINI
De Pers
et Benefic. E

G

32

Qua: fac. can. in sacris. 16. caus. 16. qu. 1. Felin. in c. cum venerabilis. 12. col. de except. Cardin. consil. 122. Petr. Gregor. d. loco, num. 23. Ita fructibus ad Regem devolutis, beneficiorum collatio pertinet ad Regem, Petr. Gregor. d. loco. donec Episcopus fidelitatis praestiterit Sacramentum. Datus d. loco, vers. hujus juris.

6
Velex ratione usus vel antiquae consuetudinis hominum memoriam excedentis. d. c. generali. §. qui vero. c. 1. de praescript. in 6. Petr. Gregor. d. loc. & num. Potest enim praescriptio illa immemorabilis concedere Laicis, Ecclesiastica aliàs prohibita. Exemplum in Decimis. c. prohibemus. de decimis. junct. c. cum Apostolica. de his quae fiunt à Prælat. sine cons. Capit.

7
Sunt qui dictam consuetudinem ex errore magis, quam ratione profectam esse contendunt. Archidiaconus in can. Imperium. dist. 10. Quia beneficiorum collatio res esse sacra spiritalisque dicitur, ideoque à Laicis prophanisque hominibus aliena. c. decernimus. de judic.

Sed Marcellus Patavinus, ante annos ducentos, ad Imperatorem Ludovicum IV. scripsit; Beneficiorum distributionem rem omnino prophanam temporalemque esse judicandam, eamque magis Principibus Prophanisque Magistratibus, quam Episcopis convenire.

Quibus fortè moti Galliarum Reges aliqui, procères ac milites praefecerunt monasteriis, eisque eorum opes fruendas fuerunt largiti. vid. Emil. lib. 3. & 5. histor. in Carolo Simplice.

8
Sunt & qui hic Regum adferunt auctoritatem, eorumque consecrationem, quæ eos quodammodo facere videtur sacrorum participes. c. 1. de sacra unct. Verum hæc auctoritas non sufficit, alioquin competet omnibus aliarum Gentium Regibus, quibus tamen id non conceditur.

9
Et proinde dicendum potius, sec. Petr. Gregor. d. loco, num. 25. cum fundatione, feudo, consuetudine, auctoritate & concurrere privilegium, quod Christianis Galliarum Regibus, utpote in Sedem & Fidem Apostolicam devotissimis & officiosis est concessum. vid. can. Ego Ludovicus. §. idemq. can. Adrianus. dist. 63. in can. hinc est. verb. regali provisione. 16. qu. 11. can. Synodo. 16. qu. 1.

Competit solis Regibus non Regni Regentibus, ut dicunt, aut

mus
mus
celesiad
IV.

Gubernatoribus: *Dartis d. sect. & cap. vers. huius juris.* ut iudicatum in Senatu pro regimine Matris Regis Francisci I. capti in praelio Ticinensi; Confirmavit etiam Rex Johannis ab Anglo captus collationes Beneficiorum per filium Carolum V. durante sua captivitate factus, *utroque stat ex Codice & Registro Curia; cui titul. Ordinationes antiqua. fol. 4. verso.* Versantur ergo in errore, Ruzæus in tract. *Regalior. privileg. 16.* Corsetus tract. *de potest. Regis.* contrarium sustinentes.

11 Juri Regaliorum aperitur via, vacante Sede tam de jure, quam de facto: *Ruzæus ita iudicatum refert. in priv. Reg. 1.* sive utroque: *de const. Philippina & Arresto Anni 1487. 18. Jan. & Anni 1481. 27. Dec.* Nec enim multum interest, quomodo vacet Ecclesia Episcopalis, an morte, an promotione ad aliud munus Ecclesiasticum, aliiive modis: Quos referemus suo loco.

12 Per promotionem ad aliud munus Ecclesiasticum; ut si quis Episcopus, cooptetur in Cardinalium Romanæ Ecclesiæ ordinem. *de saus priv. 13. & 14.* Quia Cardinalis Romani officium est huiusmodi, ut alterius Civitatis Episcopo id exequi non liceat. *Panorm. in c. hinc memoria. 4. de postulat. Pralat.* Utraque enim dignitas requirit retinendam. *c. 2. de Cleric. non resident.* & propterea ut utraque retineri potest est Pontificis Romani dispensatio necessaria. Proinde is, qui promovetur ad eum Dignitatis gradum, Episcopalem dignitatem amittere singulariter dicitur. Ut & sæpe in Gallis in Curia Centumvirali, contra propria est de Regalibus cognitio, est iudicatum. *Anno 1361. 20. Nov. 1384. 2. Jul. 1363. 20. Jan. test. Duar. d. lib. & cap.* Nec refert tum Cardinalatus datus sit eum, an sine titulo, vel sub expectatione Tituli: ut iudicat. in Senatu Anno 1598. 29. Augusti.

Nec hic nuda dispensatio sufficit, ut Episcopus factus Cardinalis Cardinalatum & Episcopatum retineat, sed, ut desinat Regalia ecclesiæ, necesse, ut adeat Principem, & Sacramentum fidelitatis ei de novo præster: Ut sæpe iudicatum. *Dartis d. loc. item certum.*

13 Ut autem vacare desinat Sedes Episcopalis, & fructus percipiat Electus Episcopus, requiruntur tria, expressa in constit. *Philippi Palæstini 1302. in Camera Comput. incip. Dum Episcopus alicujus Episcopatus ad Dominus Rex habet Regalia. &c.* Primum, ut ritè ac legitime novus

CORVINI
De Pers
et Benefic. E

G

32

Me Episcopus sit electus; Deinde ut sacramentum fidelitatis Regi præster, & Regias literas ejus jurisjurandi apud Patrociniorum Præfecturam recepat, & ut loquuntur, verificatas habeat; Tertio; Ut habeat ab ipsis Ratio ciniorum Præfectis literas alias, quibus fundorum Episcopali Dispensatori Regio mandent, ut novum Episcopum fructibus Episcopatus sui frui sinant. *Duaren. d. loc. Dartis d. loco. vid. Ruffeus in privileg. § 8. § 9.*

Non competit Regi Regaliorum jus in omnes Episcopales Eccle-14
 sias; Certus catalogus apud Ratio ciniorum præfecturam præscriptus, *Ægid. Magist. in decision. & tract. Regal. cap. 4. Duar. d. loco. D. Petr. Gregor. d. loc. num. 18.* Et quidem in hunc modum: In tota Provincia Senonensi, exceptâ Diocesi Antifiodorensi. In tota Provincia Rheimensi, diocesi Cameracensi exceptâ: In tota Provincia Bituricensi, exceptis Lemovicensi, Cararcensi, Ruthenenfi, Abbiensi, Minarenfi: In tota Provincia Turonensi, exceptis Macloviensi, Venetenfi, & aliis Britannia Ecclesiis: In Burdegalensi Archiepiscopatu solum: In tota Normania. Non Provincia Occitanensi, nec Arelatenfi.

Jus Regaliorum habet multa singularia; Colligi ea possunt ex di-15
 versis Placitor. *Papom. Ruffeo. d. tract. Magistro. d. tract. Petro Gregor. d. lib. cap. 8.* Nos, pro ratione instituti nostri, perstringemus pauca.

1. Pendente lite possessio adjudicatur ei, qui jure Regalia est, sub-
 titus: 2. Postulante adversario non admittetur sequestratio: 3. Se-
 de vacante si præbenda vacet, Rex eam intra annos triginta, olim, *sec.*
constit. Ludovici XI. anno 1499. art. 11. hodie tres, *Ruffeus priv. 23.*
 conferre potest: *Dartis d. loco, vers. Item quod.* 4. Beneficia curata, &
 præbende præceptoriam, *Arrest. 1611. Febr. 22.* non cadunt in Regali-
 am: *Arresto Ann. 1575. 5. Maji. vid. Ægid. Magist. tract. Regal. cap. 3.*
 5. Per Præbendati ingressum in monasterium, vacante postea Sede, si
 professionem non fecerit, non vacat Præbenda in Regalia: *Arresto*
Anni 1598. Martii 10. 6. Vacat in Regalia si quidem collatio facta
 canonice, non tamen apprehensa possessio corporaliter: *Ruffeus priv. 1.*
 7. Item, Capitulum tenetur recipere Regaliam, etiamsi de injustitia
 & defectu tituli Ei constet: *Ruff. 6. priv.* 8. Impetrationem beneficii
 regaliorum non vitiat qualitas, quæ si fuisset expressa, remorari potuis-
 set Regem, omisso: *Idem priv. 7.* 9. Papa in Regalibus prævenire
 Regem

ius
 omnis
 ecclesiasticus
 IV.

Regem non potest: *Idem 9. privil.* 10. Cadunt in Regalia, non tantum præbendæ in Ecclesiæ erectione fundatæ; sed & postea in futurum: *Idem 8. privil.* 11. Regalia à Rege possunt remitti; sed non nisi in Regem transmitti: *Idem in priv. II. 16. & 27.* 12. Per secundam Præbendæ acceptationem, primum Jure Regaliorum collatum vacat & revertitur ad Regem: *Idem 21. privil.* 13. Possunt Beneficia Juræ Regali conferri septenni: *Idem 24. priv.* 14. Rehabilitatio ad beneficium incompatible non conceditur in juris Regaliorum præjudicium: *Idem 25. privil.* 15. Collationum Beneficiorum in Regaliis vacatorum cognitio & determinatio pertinet ad Solas Supremas Curias: sive agatur de possessorio, sive de petitorio: *Idem 26. privil.* 16. Rex confert in Regaliis præbendas unitas & suppressas: *Idem 28. privil.* 17. Non tenetur Regalista in impetratione, beneficiorum alias jure Regali obtentorum facere mentionem: *Idem 29. privil.* 18. Fructus hujusmodi jure suorum Regaliorum, non obstantibus Apostolicis constitutionibus, Ecclesiarum statutis & consuetudinibus: *Idem 31. privil.* 19. Non impedit collatio in favorem certæ personæ facta; quominus, apertis Regaliis, Rex possit conferre alteri: *Idem 32. privil.* 20. Potest Rex conferre sub conditione; *Si nostris temporibus vacaverit Beneficium: Idem 33. privil.* 21. Regalia semel aperta durant, neque tempore veniente Reges morte expirant; donec fidelitatis juramentum interventus actu ipso, *Idem priv. 36.* in persona, non per procuratorem, *Idem 43. priv.* præstiterit: 22. Jure Regaliorum aperto, non potest Beneficium ejus collationis per resignationem causâ permutationis conferri à Pontifice: *Idem 44. privil.* 23. In Regaliis is cui Beneficium hoc modo vacans Rex contulit una die, provisione sub sigillo Regio non contulit; Et cui sequenti die idem Beneficium contulit. Rex est potest licet subscripserit sigillumque sit appensum: *Idem 45. privil.* 24. Si & prior, etsi una die duobus facta sit, collatio præfertur: *Idem 46. priv.*

16 Notandum, etsi hodie Galliarum Rex Episcopis futuris contulit Regaliam, & facultatem nominandi in Beneficiis vacaturis, nihilominus tamen fieri collationem in Regis nomine; talis concessionis facultatis habitâ mentione nulla; Aliter si facta, esset irrita. Licet tamen reapse collatio fiat, secundum Episcopi, qui Regaliæ jus obtinuit, nominationem; *Placit. Curie, Anno 1599. 1. Jul. Davis à loc. vers. per LIBRA*

Corvin
De Pers
et Benef. E

G

32